Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

# SYNOPSIS

trium concionum
ex cap. 5. Eſaiæ,
quæ triduo feriarum pœniten-
tialium ex
mandato

REVERENDISSIMI
ET ILLUSTRISSIMI
Principis ac Domini, Domini
JOHANNIS ADOLPHI,
in ducatibus Schlesvic.
& Holſ.

AD

21. 22. 23. Maji indicta-
rum
Eccleſiæ
Chriſtianæ
proponentur:
aſſcriptis collectis, lectionibus &
Pſalmis tum uſurpandis.

SLESVIGÆ
M. DC. VI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

# CONCIONIS FERIIS PRIMIS PROponendæ declinatio.

## Textus.

Eſai. cap. 5. v. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.

WEh denen / die ein hauß an das ander zihen / vnd einen acker zum andern bringen / biß das kein raum mehr da ſey / das ſie alleine das land beſitzen.

Es iſt fur den ohren des Herren Zebaoth / was gilts / wo nicht die viel heuſer ſollen wüſte werden / vnd die groſſen vnd feinen öde ſtehen? Den zehen acker weinberges ſollen nur einen eimer geben / vnd ein malder ſamens ſol nur einen ſcheffel geben.

Weh denen / die des morgens frue auff ſind / des ſauffens ſich zu fleiſſigen / vnd ſitzen biß in die nacht / das ſie der wein erhitzt. Vnd haben harffen / pſalter / paucken / pfeiffen / vnd wein in jhrem wolleben / vnd ſehen nicht auff das werck des Herren / vnd ſchauwen nicht auff das geſcheffte ſeiner hände.

Dar-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Darumb wird mein volck müſſen weg-
gefüret werden vnuerſehens / vnd werden
ſeine herlichen hunger leiden / vnd ſein pöbel
dürſt leiden. Daher hat die helle die ſeele
weit auffgeſperret / vnd den rachen auffge-
than ohn alle maſſe / das hinunter faren bei-
de jhre herlichen vnd pöbel / beide jhre rei-
chen vnd frölichen. Das jederman ſich bü-
cken müſſe / vnd jederman gedemütiget wer-
de / vnd die augen der hoffertigen gedemüti-
get werden. Aber der HErr Zebaoth erhö-
het werde im recht / vnd Gott der heilige ge-
heiliget werde in gerechtigkeit. Da werden
den die lämmer ſich weiden an jener ſtat /
vnd frembdlinge werden ſich neren in der
wüſten der fetten.

Pergimus hoc anno in exegeſi capitis quinti Eſaiæ anno ſuperiore cœpti, ut tum recepimus, cum ſit concio illa prophetæ ad inſtitutum harum ſolennitatum ſeculo noſtro accommodatiſsima.

Præmiſsis igitur generalib. de ſanctiſsimo piiſsimo & ſaluberrimo illuſtriſsimi & clementiſsimi Principis noſtri conſilio, & de neceſsitate ac utili-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

utilitate horum conventuum, & litaniarum ſeu ſupplicationum publicarum annuarũ: repetitio inſtituatur ſuperiorum concionum paulò prolixior, ut & tum dicta memoriæ auditorum refricentur, & nunc dicenda eò majori ſtudio & attentione conſiderentur animosq; ſubeant.

Quæ enim tum Propheta in genere de labruſcis, hoc eſt, omnis generis iniquitatib. dixerat, nunc ad ſpeciem deſcendens clarius explicat, nominatis ſeu expreſsis aliquot præcipuis ejusmodi labruſcis, quæ in populo DEI, & tum producebantur, & omnibus temporibus, etjam apud eos qui de numine & nomine Chriſti gloriantur, ſunt frequentiſsimæ.

Cum enim ut plurimum homines ſcelera ſua generatim reprehenſa minimè agnoſcant, quin quæ in genere dicuntur nemini dicta exiſtimentur: ex ordine labruſcæ aliquot ſpeciatim recenſentur & accuſantur, addita quoq; pœnarum denunciatione.

Poſſent hæc pauca de ratione ordinis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

dinis & declarationis hujus ſpecialis ſufficere: ex re tamen fuerit, ne temerè & quaſi exprobrandi ſtudio ab Eſaia hæc dici & à nobis repeti quis exiſtimet, quatuor has cauſas conſiderare & inculcare.

1. Vult DEUS intelligi & agnoſci peccatum, non tantum in genere, ſed & in ſpecie, ab omnibus & ſingulis omnia & ſingula. Quod DEI conſilium, ut à doctoribus, ita & ab auditoribus attendi & rectè uſurpari debet.

2. Diſcamus hinc, quænam ſint ſcelera illa atrociſsima & præcipua, quibus DEUS uſq; adeo exacerbatur & irritatur, ut graviſsimam & vehementiſsimam ſuam iram in regna, ditiones, familias & homines effundat, bella, famem, peſtem, & alias id genus pœnas publicas & privatas immittat, reſpublicas, provincias, domos, &c. evertat &. Hoc ſcire perpetuoq; in conſpectu habere confert ad pietatem plurimum.

3. Nec parum penſi habet ex Pro-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

pheta diſcere & cognoſcere, quis ſtatus fuerit populi Judaici tum temporis, & quænam in iſta DEI gente electa peccata maximè viguerint.

4. Noſtrum ſeculum noſtrosq; mores cum iſto & iſtis conferentes ad pœnitentiam excitemur. Eò enim hæc ſcripta ſunt: eò hæc docentur, ut nos noſtraq; peccata agnoſcentes coram DEO humiliemur, & culpam cum pœnis meritiſsimis propter Chriſtum deprecantes DEO reconciliemur.

Explicatio intra haſce metas ferè contineatur.

1. Verba ipſa ordine enucleentur, & doctrinæ, quæ in illis præcipuè notandæ, indicentur.

2. Accommodatio fiat harum labruſcarum, tùm ad Judæos, tùm ad nos & noſtros.

3. Pœna appoſita inculcetur, partim ex particula Væ, partim ex verbis expreſsè additis pœnam denunciantibus, quæ in ſingulis repetantur & aſſumantur, Etſi in ſingulis non exprimantur ſeu ponantur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

4. Excitentur ſinguli ad pœniten-tiam & ſtudium contraria his incre-pationibus agendi, ut pœnæ aver-tantur & tollantur.

Hac quidem concione de duabus primis labruſcis dicemus, & quæ utriq; pœnæ aſsignentur, cognoſce-mus; quo pacto quatuor conſtituen-tur homiliæ membra.

I.

Audiamus igitur Prophetam de prima cauſa horribilium pœnarum ſupra propoſitarum, ſeu de prima labruſca primave claſſe tantorum ſcelerum concionantem.

**Weh denen / die ein hauß an das an-der zihen / vnd einen acker zum andern bringen / biß das kein raum mehr da ſey/ das ſie allein das land beſitzen.**

Initium facit à divitibus & ava-ris, qui omnia ad ſe rapere conaban-tur. Horum pleonexian ita deſcribit, quod domos domibus, & agros agris vel prædia prædijs conjungere, ſtu-dio indefeſſo laborent & nitantur, ut ſoli quaſi emineant, & latifundia



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

quomodocunq; occupata poſsideant.

De legitimis & DEO probatis rationibus res noſtras augendi, ex legitima hæreditate, emptione, aut alijs contractibus & medijs licitis & pijs, propheta non loquitur.

Neq; enim per ſe peccatum eſt, ſi modis jure divino & naturali atq; inde profluentib. ſanctionibus humanis conceſsis, domus plures & prædia alia poſſeſsionibus priſtinis accedant. Ut ſi quos familia numeroſa, liberorum multitudo, aut alia honeſta cauſa cogit, ut ſuis de domibus & agris neceſſarijs proſpiciant, ex quibus honeſtè ſeſe alant, absq; peccato hoc fieri teſtimonia promiſsionum divinarum, & hiſtoriæ patriarcharum oſtendunt, quorum, ut & Jobi, prædia longè lateq; patuiſſe apparet:

Sed de ijs agit, qui cum aliorum diſpendio quævis ſibi vendicabant, & multorum inexplebilem cupiditatem, & cum aliorum damno conjunctum

ctum diteſcendi ſtudium nocturnum diurnum accuſat.

Vulgare fuiſſe hoc peccati genus apud Judæos paſsim ex concionibus prophetarum patet, ex quibus teſtimonia brevibus declaratiunculis illuſtrata huc aggregentur.

Primo loco Propheta hoc peccatum ponit, quo ipſo procul dubio & frequentiam & gravitatem ejus inſinuat.

Diligenter igitur hujus ſceleris, in quo multiplex eſt peccatorum quaſi cumulus, magnitudo exaggeretur. Pugnat cum fide, cum mandato & interdicto DEI, cum cultu DEI, cum dilectione proximi, reddit homines inſatiabiles, impellit homines ad dolos, vim, perjuria, contemptum omnis juſticiæ &c.

Inprimis etjam facit hominem immemorem ſortis ſuæ, quod ſit hoſpes in terra: Unde fit, ut alios ſuis rebus iniquè privet, dum illorum diſpendio quævis ſibi quaſi ſoli vendicat, quemadmodũ verba Pro-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

phetæ habent: **Weh denen / die ein hauß an das ander zihen / vnd einen acker zum andern bringen / biß das kein raum mehr da ſey / das ſie allein das land beſitzen /** perinde agentes, ac ſi ſoli in terra habitare velint, cum DEus gentibus univerſis orbem terrarum diſtribuerit, ſingulis quoq; ſuos fines, intra quos ſe contineant, definiverit, & alios, etjam pauperes ſuum inter nos locum habere velit.

Et, ut ſummatim dicam, nihil eſt tam iniquum, nihil tam impium, ad quod avaritia hominem non impellat contra DEum & proximum.

Vrgeantur pondera vocabulorum.

1. **Ein hauß an das ander: einem Acker zum andern.**
2. **Zihen: bringen.**
3. **Biß das kein raum mehr da ſey.**
4. **Daß ſie allein das land beſitzen.**

Accommodentur hæc ad noſtros, ubi non deerit ſumma neceſſitas, & expedita facultas arguendi & monendi tuos, ſive in urbibus, ſive in pagis,

pagis,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

pagis, ſive in maritimis, ſive mediterraneis, ſive campeſtribus, ſive ſylveſtribus, ſive apud magnos ſive parvos te DEus doctorem conſtituerit. Quid enim hoc peccato eſt vulgarius? quid nocentius? Et quam ſunt infiniti avaritiæ modi? & quis eſt, qui hoc ſcelus pro peccato habeat

Tangenda hic ſunt pro cujuſlibet loci ratione pleonectemata quovis loco in vulgus graſſantia.

Oſtendenda etjam eſt fœditas hujus peccati multiplex cum ſeria increpatione.

Expende. Extende.

II.

Videamus nunc comminationem ſeu denunciationem pœnæ hoc peccatum ſeu potius peccatorum chaos manentis.

Es iſt fur den ohren des Herren Zebaoth / was gilts / wo nicht die viel heuſer ſollen wüſte werden / vnd die groſſen vnd feinen öde ſtehen? Den zehen acker weinberges ſollen nur einen eimer geben / vnd ein malder ſamens ſol nur einen ſcheffel geben.

Eſt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Eſt autem prima Spiritus ſancti comminatio generaliter per particulam Væ indicata, qua comprehenduntur omnis generis mala, quicquid videlicet noxium homini eſſe poteſt, quoad corpus, quoad animam, quoad fortunas, quoad familiam, quoad poſteros &c. intus, extus: domi, foris: publicè, privatim: corporaliter ſpiritualiter: in hoc & in futuro ſeculo.

Afferantur teſtimonia ex codice ſacro plura, in quibus particula hæc uſurpatur, & adverſus tum alia, tum hoc imprimis peccatū promulgatur.

Mirificè ſanè avari ſibi ferè placent, ſe beatos exiſtimant, de felicibus ſucceſsibus ſibi gratulantur, de bonis, domibns, agris, prædijs &c. ſuis gloriantur, ſuperbiunt, ſupra & adverſus alios ſe efferunt.

Contra verò Spiritus ſanctus Væ graviſsimum graviſsimè illis denunciat.

Exaggera. Inculca.

Hoc igitur Væ homines eiusmodi pleone-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

pleonecticí et avari omnibus ſuarum ædium parietibus & faſtigijs aſſcriptum cenſeant, omniaq; prædia, cellaria, granaria, horrea, fundos, theſauros hoc Væ occlamare ſecum ſtatuant.

Et quid ſunt omnes totius hujus mundi opes, **wen Gottes weh daran hengt / oder dabey iſt?**

Secundò Spiritus ſanctus illis vindictam à ſcientia & inſpectione divina prædicit, inquiens: **Es iſt fur den Ohren des HErren Zebaoth.** Hoc eſt, nihil veſtrorum conatuum, conſiliorum & machinationum DEUM fugit, omnia illi perſpecta ſunt & aperta: audit ille, videt & ſcit omnia, quæ vos & agitis & conamini: neq; præterit illum clamor eorum (vide ſupra ſub finem concionis tertiæ) quos ita exhauritis, premitis, affligitis, & quorum domos & prædia veſtris iniquè conjungitis. Et non tantum audit & videt, ſed & requiret, eritq; hæc cauſa exitij veſtri.

Homines pleriq; plerunq; exiſtimant

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

mant DEum ad res noſtras parum attendere, nec quid patremus animadvertere. Maximè verò divites & potentes, cum inter homines ferè nihil non impunè faciant, DEUM quoq; ipſorum ſplendore, potentia, imaginationibus &c. quaſi perſtringi, atq; ita quid committant non curare, verum ipſorum furores, pauperumq; & injuria affectorum clamores negligere ſomniant. Scilicet is ſuperis labor eſt &c. Explicetur ulterius hæc præfractorum ſecuritas & perſuaſio, quæ profectò magna eſt & præcipua plurimorum peccatorum ſcaturigo.

Contra autem Eſaias inquit: Es iſt fur den ohren des HErren Zebaoth.

Inſiſte 1. Es iſt. Deo .n. omnia ſunt præſentia, nihil præteritum nihil futurum.

2. Fur den ohren. Emphatica particula fur / q. d. ſemper hæc inſonant, & perſonant & reſonant coram auribus DEI, veſtra ſcilicet peccata & afflictorum querelæ.

3. Den

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

3. Des HErren. Homines vos adunco naſo ſuſpenditis, officium illorum ridetis, mandata eorum ſpernitis, gemitus admonitiones proteritis, vilipenditis: Dominus ergò dominus eſt, ad quem hæc deferuntur, qui non ſinet vos ita impune omnia ferre.

4. Zebaoth. Eſt enim Dominus fortiſsimus, Dominus exercituum, in manu ſua omnes habens creaturas, quibus ad nutum imperare atq; uti poteſt ad puniendos pro juſticia ſua reos.

Nemo ergò exiſtimet ullam non tantum actionem, ſed ne cogitationem quidem ullam humanam DEum fugere, aut ab ipſo negligi. Hoc enim ſentire eſſet & DEI providentiam negare, & illa negata juſticiã quoq; bonitatem & veritatem ejus deſtruere. Quantum vero hoc ſcelus ſit expendatur, cum convicium profecto extremum ſit, ſi principem injuſtum, officij immemorẽ, ſuorum negligentem eſſe dicas, majus etjam quam ſi principem eſſe ſimpliciter neges.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Caveant ergo ſibi ſinguli, & de accuratiſsima DEI providentia & omniſcientia cogitantes à peccatis abſtineant, & iram DEI adverſus ſe ne provocent, reſpicientes ad exemplum Achabi vineam Nabothi injuſtè interfecti ad ſe rapientis. 1. magno aſtu peccatum hoc committitur. 2. Achab de patrato delicto & parata vinea ſibi gratulatur. 3. atqui DEUS videt. 4. & punit.

Accommodentur hæc ad nos & noſtros debita gravitate & applicatione neceſſaria.

Habuimus igitur hactenus comminationes duas generales avaris & iniquis bonorum & prædiorum corraſoribus & invaſoribus propoſitas: Sequuntur totidẽ ſpeciales, quarum altera domos & palatia, altera agros, vineas, fundos &c. ſpectat imprimis.

Tertio igitur vaſtitatem talibus minatur: Was gilts / wo nicht die viel Heuſer ſollen wüſte werden / vnd die groſſen vnd feinen öde ſtehen?

1. Cer-

1. Certitudinem comminationis indicat particula, **Was gilts?** Somniant ſæpè opulenti & potentia authoritateq; pollentes, eſſe ſe majores quam quibus poſsit DEUS ipſe nocere, imitantes illud Niobes apud Poëtam: Sum fœlix, quis enim negat hoc? fœlix manebo, Sum major quam cui poſsit fortuna nocere, exiſtimantes opes ſuas tantas, ut non poſsint abſumi, familiam ſuam tantã, quæ non poſsit extirpari, amicos tantos, ut nõ queant deſeri &c. His perſuaſionib. falſiſsimis opponit Spiritus ſanctus particulam, **Was gilts? Vnſer HErr vnd Gott wil mit jhnen wetten / oder eine wette anſchlagen /** illos, utut ſint divites, potentes, amicorum præſidijs probè muniti, pœnam tamen non evaſuros. **Was gilts?**

Hîc non incommodè de immota comminationum divinarum veritate dici poteſt collectis & productis ex ſcriptura etjam alijs ſimilibus locis, ubi hac particula Jehova homines compellat. Eſai. 14. & 22. ut & alibi.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

2. Quid ergo comminatur? prædicit fore, ut qui nunc nullis quaſi ædibus contenti ſunt, ex illis ipſis eijciantur, ut vacuæ relinquantur. Et fore, ut palatia illa magna ſumptuoſa & aſpectu jucundiſsima cum pernitie tamen aliorum extructa, vaſta reddantur & habitationib. careant.

Ponderentur voces. 1. Die viel heuſer.
2. Sollen wüſte werden.
3. Die groſſen vnd feinen.
4. Sollen öde ſtehen.

Vide quæſo per DEum immortalem, quam potens ſit Dominus ad irritos reddendos noſtros conatus, & ad evertenda conſilia pleonectarum, qui dum ædes nec ſatis multas nec ſatis cultas conquirere & extruere queunt, nec unquam rebus illis ſatiantur: novit ille modos plurimos, quibus in ſolitudinem redigantur & vacuæ fiant habitationes iſtæ ſplendidæ, tantis ipſorum curis & vigilijs, tantisq; aliorum injurijs conquiſitæ, paratæ, ornatæ.

Vide quam miſerè inepti, ſint homines

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

mines tàm operosè in res ſibi non profuturas quin potius nocituras ſolliciti. Andern nemen vnd entwenden ſie es wider fug vnd recht / vnd müſſens doch ſelbſt nicht genieſſen / moriunter peſte vel alio aliquo fato ſæpè mirabiliter & miſerabiliter, aut ſi maneant ſuperſtites, vel ipſi vel ipſorum hæredes commodis iſtis non fruuntur, utpote qui tandem eò redigantur, ut alijs vel elocare vel oppignorare vel vendere &c. iſta cogantur.

Nota hìc in genere, quæ cauſa ſit ſolitudinis et vaſtitatis urbium & domuum, videlicet, iniquæ multorum artes & aliorum oppreſsiones, ſive vi eæ fiant ſive dolo, ſive pacis ſive belli tempore, ſive ſpecie recti ſive aperta tyrannide & violentia.

Accommodetur hoc ipſum ad omnia etjam alia bona injuſtè parta, quæ non modo iniquis poſſeſſoribus non proſunt, ſed & ipſis alijsq; publicè & privatim plurimum noxæ afferunt.

Experientia omnibus in locis in



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

urbibus & pagis exhibet exempla evidentiſsima.

Fiat applicatio pro cujuſlibet auditorij ſtatu & ratione.

Quartum genus pœnæ ſterilitas eſt agrorum, vinearū & prædiorum per fas nefasq; attractorum. Den zehen acker weinberges ſollen nur einen eimer geben / Vnd einen malder ſamens ſoll nur einen ſcheffel geben.

Urgeantur voces, & conſideretur proportio. 1. Zehen acker weinber-
2. Sollen nur einen eimer geben. (ges.
3. Vnd ein malder ſamens.
4. Sol nur einen Scheffel geben.

Poteſt hoc etjam ex collatione noſtrorum fundorū & proventuum aliquo modo intelligi: multo vero magis hoc admirandum pœnæ divinæ indicium in terra Canaan divinitus promiſſa, quæ aliàs fertiliſsima fuit, ut alibi dictum eſt, attendi & ob oculos poni debet & poteſt.

Juſtiſsimum ſanè DEI judicium. Quidni enim rectè ita puniuntur, quorum aviditas omnia ad ſe injuſtè

rapit,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

rapit, quiq; nunquam agrorum, vinearum & prædiorum multitudine expleri poſſunt.

Nota 1. Etſi maxime DEus non omnia confeſtim vaſtet aut deſtruat: poteſt tamen in illis ipſis, quæ hominibus relinquit, maledictionem ſuam evidenter oſtendere.

2. Poteſt DEus pro liberrimo ſuo arbitrio & infinita potentia, ut ex parvis medijs magnam benedictionem producere & largiri: ita ex multis & magnis pauca & exigua concedere.

3. Opibus injuſtè partis nulla DEI benedictio adeſt.

4. Colligatur hinc, quæ ſit cauſa ſterilitatis & famis, ſeu denegati proventus felicis, qui aliàs expectari poterat.

Fiat applicatio, & ſervetur ordo ſupra indicatus.

III.

Weh denen / die des morgens frue auff ſind / des ſauffens ſich zu fleiſſigen / vnd ſitzen biß in die nacht / das ſie der wein er=



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

hitzt. Vnd haben harffen / pſalter / paucken / pfeiffen / vnd wein in jhrem wolleben / vnd ſehen nicht auff das werck des Herren / vnd ſchauwen nicht auff das geſchefft ſeiner hände.

Reprehendit hactenus propheta avaros & iniquos, & in illorum ſcelerib. magnã cauſam multorum malorum publicè & privatim graſſantium reſidere oſtendit. Nunc ſe convertit ad ebrioſos & crapulæ deditos. Cum enim hoc quoq; vitium Eſaiæ ſeculo & omnibus temporibus admodũ vulgare fuerit & ſit, idemq; ut multorum aliorum peccatorum, ita & pœnarum cauſa & origo, adeoq; una ex labruſcis vel præcipuis, quibus homines ſuam ingratitudinem DEO exhibent, & varia mala attrahunt, non potuit non vates ſanctus ejus quoq;, hoc, & quidem proximo poſt avaritiam, quam idolatriam ſcriptura nominat, loco meminiſſe.

Doctrina hæc noſtris quoq; temporibus ut maximè eſt neceſſaria, ita dili-

diligenter tractanda, ut hinc pateat variarum pœnarũ divinitus immiſſarum radix, imprimis cum pleriq; homines agnoſcere eam nolint.

Graviter autem Propheta multisq; verbis in ebrioſos commeſſatores invehitur, & eorum mores atq; ſtudia deſcribit.

1. Explicentur & ponderentur (verba.
2. Fiat accommodatio.
3. Indignitas rei oſtendatur.
4. Singulis addantur ſcripturæ teſtimonia.

Videamus hanc invectivam, & deſcriptionem ebrioſorum.

Primo. Weh denen / die des morgens frůe auff ſind / des ſauffens ſich zu fleiſſigen. De interminativa & maledictoria particula Væ jam breviter dictũ. Hìc autem prima nota exaggerationis vitij hujus obſervetur, quæ trinis vitij hujus obſervetur, quæ triplicem quaſi nervum exhibet.

1. Weh denen / die des morgens frůe auff ſind. Sumitur reprehenſio à tempore, quod ſcilicet multi huic vitio vacent nulla temporis ratione habita, atq;



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ita ipſam etjam naturæ legem violent.

Neq; negari poteſt ebrioſis multis hoc in more eſſe poſitum, ut cum prima luce, hoc eſt, quam primum ex plumis corpus levant, naturam cibo potuq; gravent, præſertim crapula heſterna laborantes.

Innuit igitur Propheta præter vitij hujus turpitudinem per ſe, ipſum etjam temporis optimi & precioſiſſimi abuſum peſsimum & deteſtandum. Tempus profecto matutinum & antemeridianum rebus arduis & ſanctis gerendis aptiſsimum & inprimis deſtinatum eſt. Et laude digni ſunt, qui (quod omnes facere convenit) mane ſurgunt, ut DEUM precentur, verbum DEI piè legant, & meditentur, ad concionem deinde ſacram, atq; ad opera vocationis accedant &c. Adferantur teſtimonia & exempla ſcripturæ.

Hoc igitur tempore, quo omnes ingenij vires in temperanter viventibus vegetiores deprehenduntur, crapu-

crapuloſi non tantum abutuntur, ſed & ſe alias ad res ſerias & graves ineptiores reddunt, naturam intempeſtivè eſculentis & poculentis depravantes. Cum enim priuſquam ederint & biberint ne corporis quidem ſenſibus integris utantur: poſtquam biberunt, ratio & intellectus magis magisq; labaſcit, ſpiritus obfuſcantur, habetantur, inficiuntnr, omnisq; vigor obnubilatur, turbatur, obtunditur, & tantum non prorſus interit, unde eſt Væ illud Salomonicum.

Inculcentur, explicentur, applicentur.

2. **Des ſauffens.** Eſt & in hac voce emphaſis ſeu nervus exaggerativus vitij hujus. Comprehendit autem vates hac voce potandi omnem ἀταξίαν huic vitio conjunctam.

Urgeatur vox **ſauffen.**

Afferantur alia ſcripturæ teſtimonia, ubi eadem vox à Spiritu ſancto uſurpatur.

Moneantur noſtri, qui ſæpe hac



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

voce ſe efferunt & jactitant, quod DEus ſeriò ad mores noſtros attendat.

3 Sich zu fleiſſigen. Etjam hoc verbum potatorum enormitatem amplificat, quod non caſu fortuito, aut ex improviſo præoccupentur: ſed ſtudio, ſcientes volentes, immo ſingulari conatu hoc agentes & affectantes iſto peccato ſe polluant: non tantum non reſiſtentes occaſionibus, mundi invitationibus & carnis illecebris, ſed in omnes potius occaſiones & modos intenti ſint, ut deſiderium hoc ſuum expleant.

Exaggerari hoc poteſt per antithesin, quibus ſcilicet ſtudijs Chriſtianos ſingulos occupatos teneri conveniens eſſet, Weſſen wir vns fleiſſigen ſollen etc.

Secundo. Vnd ſitzen biß in die nacht/ das ſie der wein erhitze. Alia amplificatio à continuatione hujus ſtudij.

1. Vnd ſitzen. Exaggerentur commeſſatorum mores, quibus per plurimas

rimas horas vix unquam à menſa diſceditur ( id quod Propheta voce ſitzen innuit ) niſi poſtulante neceſsitate.

2. Biß in die nacht. Extendunt tempus inter pocula à mane per diem totum ad veſperam imo noctem uſq;. Quod à multis fieri notum eſt. Aut, quod alij faciunt, circa meridiem, aut à meridie auſpicantes quod ſupereſt temporis ingurgitationi tribuunt, ad mediam noctem, imo ſummum ſæpe mane eam protrahentes.

Vide continuum perpotandi ſtudium. Cibus & potus ſumi debenr, ut his refecti ad opus noſtrum redeamus : eſtq; in hunc finem edendùm & bibendum, ut vita comite & viribus integris officium faciamus. Hoc, teſte Propheta ; multi invertentes contra naturæ ordinem maximam diei & noctis quoq; partem potando abſumunt, neq; alium vitæ ſuæ ſcopum propoſitum habent : ipſis beſtijs & pecoribus deteriores, quæ ſenſu naturâ indito quantum ſufficit aſſu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

aſſumunt, & non tantum ultra convenientem naturæ ſuæ menſuram vix quicquam admittunt, ſed & cibo & potu ſatiata nulla ſe ratione adduci ſinunt ut plus ingurgitent.

3. Das ſie der wein erhitzt. Hac voce ſignificatur: 1. copia præclariſsimi DEI doni, vini nimirum, aſſumpta.

2. Turpiſsimus ejus abuſus.

3. Voluptas & delectatio vitioſa.

4. Attracta inde magna corpori & animæ pernities.

1. Moderatè vino uti DEus concedit, vetans ſimul immoderatum ejus uſum. Ebrioſi contra &c.

2. Vini uſus eſt, ut ſitim reſtinguat, cor hominis debitè exhilaret, naturam moderatè juvet. At illi eo accenduntur.

3. Deteſtatur DEus vitioſos voluptatum ex donis divinis perceptarum appetitus & ſenſum, quo illi imprimis gaudent.

4. Habetq; hæc incenſio magnam pernitiem quoad animum & corpus. Animus gravatur, de ſtatu & integrita-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

gritate ſua deijcitur: hinc tot turpes & ridiculi geſtus, mores, actiones: accenditur animus iracundia, unde convicia, rixæ, pugnæ, cædes &c. accenditur libidine, unde obſcœna dicta & facta &c. Accenditur & corpus nimio vini uſu, înflammatur epar, omniaq; viſcera, unde ſitis bibendo non extinguitur, ſed magis exardeſcit: membra etjam externa inflammantur, oculi totaq; facies rubet, totum corpus æſtuat &c. ſequuntur varia mala, fœtet anhelitus, tremunt manus, tument crura & pedes, inflat ventrem hydrops, accedunt varij morbi, acceleratur mors.

Inſiſte, meditare, inculca.

Tertiò. **Vnd haben harffen / pſalter / paucken / pfeiffen / vnd wein in jhrem wolleben.** Ulterius & uberius rem exaggerat Spiritus ſanctus ab uſu ſeu potius abuſu Muſices, & quidem variorum inſtrumentorum Muſicorum, quorũ adhibitione magis magisq; ebrioſi ſeſe enervant, mollitiei dedunt, & voluptatibus totos mancipant.

Vide

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Vide quæſo, quam ſit pater cœleſtis in nos intentus, omnia noſtra ſtudioſiſsimè obſervans, das er auch auff die harffen / pſalter / paucken / pfeiffen/ ( addantur hîc nomina noſtrorum inſtrumentorum muſicorum ) acht habe / quibus, quando, quomodo, & ad quid ijs utamur.

Eſt per ſe Muſica inſigne DEI domum cujus amorem & deſiderium & homini & brutis natura inſevit.

Debet autem pijs & ſacris uſibus conſecrari tam vocalis quam inſtrumentatis Muſica, ut DEI operibus decantandis, bonitati illius celebrandæ inſerviat, & beneficiorum divinorum rerumq; magnarum memoriam cordibus imprimat, atq; ita animos piè reficiat, quem Muſicæ uſum David variis in pſalmis commendat.

Contra vero ebrioſi & prophani homines pro luxuriæ & voluptatum ſuarũ inſtrumento eam habent, conviviјs ſuis prophanis illam adhibentes, & non ſerio præclara DEI opera, ſed res plerumq; peſsimas & viſsi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

viſsimas peſsimè & leviſsimè decantantes & audientes, non ad DEI celebrationem ſed voluptatum ſuarum expletionem. Docet etenim experientia etjam à Muſis alieniſsimos, ubi vino incaluerunt, tympana, tibias, tubas, utriculos &c. poſcere, aut ipſos voce ob vinum balbutiente & lingua tremente neſcio quid Silenicum & Adonium cantillare &c. Huc multa.

Quarto. **Vnd ſehen nicht auff das werck des HErren / vnd ſchawen nicht auff das geſchefft ſeiner Hände.** Eſt & hæc exaggeratio vitij ebrioſitatis gravisſima, ſumpta à neglectu pietatis multiplici, quod ſcilicet ebrioſi præ potandi ſtudio continuo minimè attendunt ad opera Domini, nec facta manuum ejus reſpiciunt aut conſiderant, ſed DEI & pietatis planè ſunt immemores, neq; ea quæ huc ſerviunt curant aut curare poſſunt.

In explicatione inſignium horum verborum expendatur & inculcetur.

1. Quod-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

1. Quodnam ſit illud opus Domini & manuum ejus. Prolixa meditatio eſſet, ſed ad quatuor reduci capita poteſt. Primum locum ſortiuntur patefactiones divinæ, unde quis ſit DEus & quomodo agnoſcendus elucet. Secundò ad opus Domini pertinent DEI inexhauſta beneficia, quibus nos cumulat, corporalia & ſpiritualia, creatio, paterna providentia, donatio filij, redemptio, lux Spiritus ſancti, juſticia, vita æterna &c. Tertio, quid DEus ab homine efflagitet ſeu fieri velit. Quartò, pertinent ad opera manuum Domini judiciorum ejus exempla, quæ & olim edidit, & quotidie edit, & ſe editurum minatur in ingratos & contumaces imprimis his vitijs, quæ hoc loco decantantur, pollutos.

2. Ad hæc igitur DEI opera omnibus hominibus reſpiciendum, & illa ab ipſis conſideranda, tum alibi ſcriptura monet, tùm hac reprehenſione Propheta docet. Explica ſigillatim ſecundum quatuor illa additis cauſis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

cauſis. Præcipit hoc DEus: flagitat hoc res ipſa, natura ipſa, ratio ipſa, gratitudo noſtra: confirmatur hoc pacto fides, excitatur timor & dilectio DEI, invocatio, gratiarum actio, pœnitentia, omniumq; bonorum operum ſtudium, & avertitur donorum DEI abuſus. Inſiſte materiæ utiliſsimæ, piiſsimæ, jucundiſsimæ.

3. Ebrioſi verò nihil horum cogitant: res divinæ, ſalus Eccleſiæ, propria & proximi illis non ſunt curæ: quis ſit DEus, quanta ejus majeſtas, quæ bona quotidiè nobis præſtet, quid à nobis flagitet, quibus judicijs nos exerceat, quis ſit regnorum, politiarum & rerumpublicarum ſtatus, quæ pœnæ metuendæ &c. minimè attendunt. Neq; enim poſſunt, cum vinum auferat cor hominis. Horrendum peccatum, & quidem non ſimplex.

4. Habes ſpeculum noſtri temporis, cujus mores Dominus Ieſus, & tales futuros prædixit, & nobis cavendos ſeriò edixit.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

IV.

Darumb wird mein volck müſſen weggefüret werden vnuerſehens / vnd werden ſeine herlichen hunger leiden / vnd ſein pöbel dürſt leiden. Daher hat die helle die ſeele weit auffgeſperret / vnd den rachen auffgethan ohn alle maſſe / das hinunter fahren beide jhre herlichen vnd pöbel / beide jhre reichen vnd frölichen.

Das jederman ſich bücken müſſe / vnd jederman gedemütiget werde / vnd die augen der hoffertigen gedemütiget werden. Aber der HErr Zebaoth erhöhet werde im recht / vnd Gott der heilige geheiliget werde in gerechtigkeit. Da werden den die lemmer ſich weiden an jener ſtat / vnd frembdlinge werden ſich neren in der wüſten der fetten.

Subijcit igitur propheta deſcriptioni ſtudiorum & morum ſui ſeculi pœnas graves et varias non ad corpora ſolùm, verum etjam ad animas ſpectantes, ſimulq; fructum & utilitatem earum oſtendit, ut ita bipartitum hoc ſit membrum. Pœnas

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Pœnas ipſas declaraturus initio doceat, non debere cuiquam mirum videri, quod cũ ebrietas vulgò peccatum minutiſsimum, imò vix peccatum reputetur, nihilominus tantis malis puniendum cenſeatur. Utut enim plerisq; hominibus res levis videatur: eſt tamen, ut ex ſupra dictis patuit, ſcelus longè graviſsimum, cum peccetur abuſu donorum DEI turpiſsimo, turbetur ordo naturæ, animus ad turpitudinem quamvis patrandam incaleſcat, indeq; exiſtat ferina ſecuritas, ſupina operum DEI oblivio, ſuperbus verbi & admonitionum divinarum omnium contemptus. Hæc ubi concurrunt, quæ ibi pœna poterit cenſeri nimia?

Videamus verba prophetæ.

Primò, Repetatur ingeminatio vocis Væ, de qua paulò ante.

Secundò inquit propheta: **Darrumb wert mein volck müſſen weg geführet werden vnuerſehens.** Poſt generalem comminationem particulæ Væ incluſam in ſpecie captivitatem popu-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

lo Judaico tùm propter alia, tùm etjam inprimis propter ebrioſitatis peccatum interminatur, quo nomine complectitur tum horribilem captivitatem per ſe, tum atrocia mala omnia quæ ab hoſtibus paſsi ſunt, qui ipſos tandem in Babylonem deportarunt.

Ponderentur & urgeantur voces.

1. **Darumb** particula eſt conſequentiæ, qua cauſam malorum futurorum conſiderandam innuit, nimirum quia &c. Repete ex ſuperioribus. Notetur hæc vox **darumb**. Quia enim nos homines quotidiè querimur de pœnis, & quærimus de cauſis: **Haben jmmerdar im munde / Warumb gehet es alſo vbel zu? Warumb hab ich ſo groß vnglück?** Reſpondet ergo DEus **auff vnſer warumb** per ſuum **darumb**. Inſiſte.

2. **Wirt mein volck** / qui populus, quam DEO fuerit charus, quantis privilegijs ditatus, quantis beneficijs ornatus, ex ſcriptura & ſuperioris anni concionibus clarum eſt. Verum hoc non obſtante horribiles pœnæ ingruent.

gruent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

gruent. Nemini enim parcit juſticia DEI. Etſi enim populus DEI dicerentur iſtius ſeculi Iſraëlitæ, re ipſa tamen nihil differebant à prophanis gentibus, imo his erant deteriores, quod verbum Domini DEI ſui impiè contemnerent. Applica ad noſtros, ne quis immunem à pœnis ſe fore ex cauſis neſcio quibus male ſtatuat.

3. **Müſſen weggeführet werden.** Hìc ob oculos ponatur quantum malum fuerit captivitas Babylonica, atq; etjamnum ſit abductio integræ gentis, aut ſanè multorum imo & paucorum hominum in exilium aut ſervitutem Turcicam. Simul autem ſynechdochicè alia quoq; mala huc comminatione comprehenſa evolvantur. Addatur & urgeatur, quod hæ tantæ calamitates attrahantur per ebrietatem. Applica ad nos, totamq; Germaniam.

4. **Vnverſehens.** Exaggeratio pœnæ, ſolet enim DEus plerunq; inexpectatò (quoad hominum ſtuporem) ma-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

la atrocia immittere, non quod ipſe non præmonuerit maturè ſatis, ſed quod miſeri homines illas præmonitiones rideant. Ubi utrunq; notandum venit: tum quod homines etjam præmoniti in vitijs tamen pergentes feliciſsima quæq; ſibi polliceantur: tum quod plerunq; mala divinitus decreta eò ſint viciniora, quò longius à ſe ea remota impij opinantur. Unde fit, ut ſubitò illis oppreſsi eò acerbius crucientur.

Tertiò: Vnd werden ſeine herlichen hunger leiden / vnd ſein pöbel dürſt leiden. His verbis propheta & aliud genus mali exprimit, nimirum famem & ſitim, & qui hoc ipſum perpeſſuri ſint, innuit, videlicet omnium ordinum homines, tam potentes, divites, illuſtres, celebres &c. quam vulgus promiſcuum, hominesq; de media plebe ignobiles, licet varia ratione & gradu fieri hoc poſſe in confeſſo ſit.

1. Varijs hæc comminatio modis impleri poteſt. Videlicet ſi terræ proven-

ventum neget DEus: in morbis vehementioribus: in urbium obſidionibus: ſi hoſtis terram populetur omniaq; vaſtet: ſi gentem aliquam Dominus ex ſuis ſedibus deportari aliò ſinat &c. Videatur Joel. 1. Thren. 2. & 4. & alibi. Exprimantur mala huic malo vicina ad noſtros accommodata.

2. Diſcamus agnoſcere veritatem comminationum divinarum Deut. 28, ubi hæc immorigeris eventura prædicuntur.

3. Diſcamus apud DEum non eſſe reſpectum perſonarum, ſed eſſe in pœnis pares, qui in delictis pares.

4. Diſcamus quinam publicæ egeſtatis & famis precipui authores ſint, lurcones nimirum & ebrioſi, quorum intemperantiam ſi nemo coërceat, multi autem foveant, tunc ſuas virgas expedit DEus, cujus hoc eſt judicium juſtiſsimum, ut fame macerentur & ſiti areſcant, qui ipſius donis antea petulanter abuſi ſunt. Applica hæc ſingula.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Quarto. Daher hat die helle die ſeele weit auffgeſperret / vnd den rachen auffgethan ohn alle maſſe / das hinunter fahren beide herlichen vnd pöbel / beide jhre reichen vnd frölichen. Comminatio hæc quarta ſuperioribus gravior eſt & atrocior, finalem ebrioſorum ſpectans internecionem. N. Daher / ut ſupra darumb.

1. Daher hat die helle. Vox Hebræa & ſepulchrum & infernum notat: hac uti Eſaiam voluiſſe non eſt dubium, ut utrunq; ebrioſis oſtenderet, ipſos & morte præmatura perituros, & niſi pœnitentiã agant, pœnis quoq; infernalibus excruciandos fore.

2. Die ſeele weit auffgeſperret / vnd den rachen auffgethan ohn alle maſſe. Tribuit ſepulchro ſeu morti & inferno animam & fauces ſeu rictum. Voce animæ Hebræi inter alia ingens quoq; deſiderium ſignificant, ut ita oſtendat Spiritus ſanctus, mortem & infernum peculiari quaſi deſiderio benè ſaginatos commeſſatores avidè expectare. Neq; hoc tantum, ſed inſu-

per

per addit mortem & infernum hanc animam latè dilataſſe, & fauces ultra modum diſtendiſſe, terribili proſopopœia orationem veſtiens, quæ & horrendam helluonum cladem animis ingerat, & ad mores quoq; helluonum ex parte reſpiciat.

Expendatur utrunq;. 1. Horribile profectò eſt cogitare mortem & infernum faucibus longiſsimè latiſsimeq; dilatatis magna aviditate miſeros homines deglutiendos expetere. 2. Nec inconvenienter. Ut enim ebrioſi os & fauces indeſinenter lateq; diſtendunt, ut quam plurimum vini hauriant, ita mors & infernus ſuam gulam atq; rictum magno appetitu diſtentant &c.

3. Das hinunter fahren. In mortem ſcilicet & infernum (impœnitentes) præcipitandi. Inculcetur utraq; vox. 1. hinunter. 2. fahren.

4. Beide jhre herlichen vnd pöbel / beide jhre reichen vnd frölichē. Oſtendit quosnam ita mulctandos intelligi velit. Explicentur voces. 1. Beide jhre her-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

lichen. 2. Vnd pöbel. 3. Beide ihre reichen. 4. Vnd frölichen. Mirum & miſerum, quorſum igitur hujus vitæ opes, eminentia, delitiæ, & quæ ſunt alia?

Comminationem hanc non eſſe inanem ipſa quoq; experientia teſtatur. Quam multi enim ebrioſi morte immatura pereunt, & quidem diverſis modis: dum alij morbis fœdis extinguuntur: alij ex ſcalis, gradibus, curribus præcipites &c. ruunt: alij in fluvios delabuntur: alij apoplexia moriuntur: multi in pugnis temerè excitatis trucidantur? Annon hi ipſi ſui ipſorum carnifices ſunt? Annon hi ipſi, ſi in peccatis ſuis moriantur absq; ſalutari converſione rectà ad inferos commeant, ut cum epulone illo divite ſiti inextinguibili torreantur. Huc conciones Pauli 1. Cor. 6. Gal. 5.

Sequitur fructus & utilitas pœnarum jam prædictarum. Quia enim in mentem venire alicui poſsit, non veriſimile videri DEum, qui ipſiſsima eſt charitas, tam eſſe rigidum & ſeverum:



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

verum: ad quæſtionem, quænam utilitas ſecutura ſit, ſi rigore iſto uti velit DEus, reſpondet, & multiplicem pœnarum fructum exponit.

Primus: Humiliatio hominis, das jederman ſich bücken müſſe / vnd jederman gedemütiget werde / vnd die augen der hoffertigen gedemütiget werden. Expende.

1. Impij, imo omnes omnino homines natura per peccatum corrupta ſuperbiunt, & immani faſtu adverſus DEum & proximum efferuntur, quæ tamen ſuperbia in aliquibus magis eſt conſpicua, incedentibus corpore ad faſtum compoſito, capite elato, oculis in altum erectis.

2. Eſt autem hæc ſuperbia abominatio coram DEO.

3. Varijs igitur modis hanc ſuperbiam hominibus adimere, & ferociam excutere Dominus ſatagit.

4. Quia verò admonitiones verbi pleriq; contemnimus, ut ijs veram humilitatem à nobis non impetret, flagella tandem & conciones reales Dominus adhibet, ut ſentiant homi-

nes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

nes quid ſit contra DEum ſuperbire, omniq; ſupercilio demiſſo humilientur.

1. Inſignis hæc eſt doctrina de uſu & veris effectibus pœnarum divinarum tum in genere, tum in ſpecie evolvenda.

2. Et ſanè multorum experientia hunc fructum confirmat, qui dum morbis, quos potando & peccando contraxerunt torquentur, vel ad egeſtatem redacti inopia conflictantur, & deſpicatui habentur: tum demum ſordes ſuas fateri & ſe ſub potenti DEI manu humiliare incipiunt.

3. DEI ergo benignitate maturè potius rectè utamur, quam ſeveritatem experiamur.

4. Quod ſi delinquendo in eam incidimus, reſipiſcendo tempeſtivè reſipiſcamus.

Secundus: Exaltatio DEI. **Aber der HErr Zebaoth erhöhet werde im recht/ vnd Gott der heilige geheiliget werde in gerechtigkeit.**

N. 1. Quis, qualis & quantus ſit Domi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Dominus. Vocatur enim. 1. Jehova. 2. additur vox Zebaoth. 3. El. Deus. 4. Sanctus. Illuſtretur.

2. Hic ergo DEus ſemper eſt Jehova exercituum, & Deus ſanctiſsimus, cujus gloria cœlis ſublimior, cujusq; majeſtati nihil unquam quicquam diſcedit.

3. Homines autem in peccatis pergentes illam DEI gloriam & ſanctitatem non ita agnoſcunt, quando ipſis, non puniendo confeſtim peccata, juſticiæ ſuæ gloriam quaſi negligere & ſanctitatis ſplendorem obtegere videtur, ſinens videlicet vino & fortuna ebrios impunè aliquandiu laſcivire & protervire.

4. Exerit igitur tandem Dominus quaſi expergefactus judicium ſuum & juſticiæ ſuæ rigore in impijs puniendis utitur. Tunc exaltatur Jehova Zebaoth in judicio, & DEus ſanctus ſanctificatur in juſticia: h. e. tum agnoſcunt & prædicant homines gloriam, ſanctitatem, juſticiam &c. DEI, verbiq; ipſius veritatem.

Haber-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Habetq; ea res ſuum locum & uſum tum apud impios tum apud pios.

Tranferatur hypotheſis ad theſin ab unius hujus delicti pœna ad reliquorum caſtigationem aſcendendo, applicatione ad noſtros directa.

Tertius: Commoditas piorum. Da werden den die lemmer ſich weiden an jener ſtad / vnd frembdlinge werden ſich nehren in der wüſten der fetten. Sublatis & punitis impijs locus exit commodiùs vivendi pijs.

N. 1. Da werden den die lemmer. Per agnos intelligit germanos DEI cultores, ſicut alibi impij hircis protervis & ſalacibus comparantur.

2. Sich weyden an jener ſtad. Pij paſcentur loco impiorum. Quamdiu enim hi rerum potiuntur, illi extremè premuntur. Punitis igitur his paſcuntur illi, h. e. commodis hujus vitæ debitè & cum gratiarum actione fruuntur, & ſæpe locum impiorum ſupplent, ut inquit Propheta: An jener ſtad.

3. Vnd frembdlinge. Peregrinorum nomine

mine etjam pios intelligit, qui interdum in exilia eijciuntur, aut etjam in patria pro peregrinis quaſi habentur.

4. Werden ſich nehren in der wüſten der fetten. Redibunt ad poſſeſsiones ſuas iniquè ab alijs occupatas: emergent ad mediocritatem honorum & bonorum: imò potientur ijs, quæ à pinguibus impiè tenebantur, & vitiosè uſurpabantur.

Explicationi & applicationi ſingulorum membrorum ſemper adjiciatur exhortatio ſeria ad pœnitentiam & vitæ emendationem.

Collecta.

Wy hebben geſündiget mit vnſern Vedern. Wy hebben Mißgehandelt vnd ſind Gottloß geweſen.

O Ewige / rechtverdige vnd barmhertige Gott / Allmechtige Vader / vor dinem hilligen angeſichte erſchinen wy im namen Jeſu Chriſti demödiglick / bekennen wehmödiglick / vnd beklagen hertgründtlick / dat de wilde druuen / daruan de Prophete Eſaias in diſſen dagen prediget / by vns nicht weiniger



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

niger als by dem huſe Jſrael vnd mennern
Juda hüpich gewuſſen ſyn / vnd daglick im
ſchwange gan / dat wy vns veluoldiger vn=
telliker wyſe jegen dy daglikes grüwlick ver=
ſündigen / mit gyricheit / vngerechticheit /
woker / auerſettinge vnd vorvordehlinge vn=
ſes negeſten : mit freten / ſupen vnd vordöm=
likem mißbruke diner veluoldigen milden ga=
uen : wy beflitigen / vorbinden vnd vorkop=
pelen vns thoſamende vnrecht tho dohn vnd
thoſündigen : ſehen nicht vp dyn werck / vnd
hebben nene acht vp dat geſcheffte diner hen=
de / ja vorachten ſpöttlick dinen raih / vnd
reden ſchimplick van dinem worde : heten
dat böſe gudt / vnd dat gude böſe / maken vth
düſterniſſe licht / vnd vth licht düſterniſſe /
vth ſurem ſöte / vnd vth ſötem ſuer : ſyn by
vns ſulueſt wyß / vnd holden vns ſuluen vor
kloeck : ſyn helde mit ſupende / vnd krigers
mit vuldrinckende / ſpreken den gottloſen
recht vmme geſchencke willen / vnd wenden
dat recht der rechtuerdigen van enen / mit
welcken vnd dergeliken ſunden wy dinen
rechtuerdigen thorn / dat de auer vns er=
grimmet / erwecken / dat du dine handt auer
vns vthſtreckeſt / vud vns ahne barmher=
ticheit

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ticheit mehr vnd mehr ſchlaheſt / ock endlick dem dode vnd der hellen/ welcke de ſeele wyth vpgeſperret/ vnd de ſeele ahne alle mate vpgedahn / auerantwerdeſt. Ach allerleueſte vader / gah nicht mit vns in dat gerichte / erbarme dy auer vns/ vorgyff vns vnſe ſünde / lindere dinen thorn/ gyff vns dinen hilligen geiſt thor wahren gelöuigen bote / vnd rechtſchapener beteringe vnſes leuendes / darmit wy in gedult vor dy vns demödigen/ vnd diner güde vnd gnade hir tydtlick vnde hernamahls ewich geneten mögen / vmme des dodes vnd blodes / vordenſtes vnd vorbede willen Jeſu Chriſti dines leuen ſönes vnſers einigen midlers/ Amen.

Epiſtolæ loco more recepto legatur textus pro concione explicandus.

Evangelii vice ſit parabola: Matt. 21. Homo erat paterfamilias , qui plantavit vineam &c. ad verba: reddent ei fructum temporibus ſuis.

Preces finita concione poſt Litaniam ſingulis his diebus dicendæ.

Feria 1.

Rope my an ſprickt de HEre in der tyde der noth.

So wil ick dy erredden / vnd du ſchalt my
pryſen.

Fer. 2.

De HEre js na allen de en anropen.
Allen de en mit ernſt anropen.

Fer. 3.

Gnedich vnd barmhertich js de HEre.
Gedúldich vnd van groter gůde.

BArmhertige / getruwe / allerleueſte hem-
melſche vader / de du vns in aller jegen-
werdigen vnd vorſtahnden noth dy antho-
ropen befahlen / ock vmme dines eingebar-
nen leuē Sohns JeſuChriſti willen gnedige
erhöringe thogeſecht hefft. Wy bekennen
dy vnſe veluoldige ſúnde / darinne wy ent-
fangen vnd gebaren ſynt / ock de wy daglick
begangen hebben / vnd darmit dinen recht-
uerdigen thorn / vnd allerley ſtraffe / tydt-
lick vnd ewich vordarff / gar wol vordenet.
Wy bidden öuerſt / O allerleueſte Godt
vnd Vader / du woldeſt vmme Jeſu Chriſti
willen vns gnedich vnd barmhertich ſyn/den
woluordeneden thorn lindern vnd affwen-
den / vnd in diſſen ſorchliken tyden vor aller-
ley vngelück vnd vnheil vns behöden. Er-
holdt O HErr dine hillige Chriſtlike kercke/
vnd

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

vnd dines wordes warheit / beſchütte vnſe gnedigſte vnd gnedige auericheit/ſampt eren hochwiſen Reden / trüwen denern vnd gehorſamen vnderdanen / ſegene dat hußregimente/vnd fordere de Chriſtlike kindertucht/ giff frede/ geſundtheit vnd dat dagelike brodt: behöde vns vor falſcher lehre / krich / peſtilentz / dührer tydt / führes vnd waters nodt/ vnd allen woluordeneden plagen: in dine vederlike beſchüttinge beuehlen wy vns ſemptlick van herten/an lyff vnd ſeele / gudt vnd ehren / vnd allem wat du vns gnedichlick hefft gegeuen. Sy gnedich O HEre / ſy gnedich/ lath O HEre dyn angeſichte ricklick auer vns lüchten / dat wy dine vederlike hülpe ſehen vnd mercken / vnd diner gnedigen yegenwerdicheit vns jümmer mögen van herten erfröuwen / vnd dy als vnſen Barmhertigen Godt vnd vader ewichlick lauen vnd priſen / dorch dinen einigen allerleueſten Söhne Jeſum Chriſtum vnſen Heyland vnd Heren / Amen.

Pſalmi ante & poſt Concionem una cum Litania pro cujuſlibet loci ratione cantentur:

Ach Godt van Hemmel ſüh darin.

Waket vp gy Chriſten alle/ſydt nüchtern all thogelyck.

Idt wolde vns Godt gnedich ſyn.

## HOMILIA SECUNDA.

Eſa.5.v.18.19.20.21.22.23.

WEh denen die ſich zuſammen koppeln mit loſen ſtricken / vnrecht zuthun / vnd mit wagen ſeilen/ zu ſündigen/vnd ſprechen: Laß eilend vnd bald kommen ſein werck/ das wirs ſehen / laß herfahren vnd komen den anſchlag des heiligen in Iſrael / das wirs inne werden.

Weh denen / die böſes gut / vnd gutes böſe heiſſen. Die aus finſterniß liecht / vnd aus liecht finſterniß machen. Die aus ſauwr ſüſſe / vnd aus ſüſſe ſauwr machen.

Weh denen / die bey ſich ſelbs weiſe ſind/ vnd halten ſich ſelbs fur klug.

Weh denen / ſo helden ſeind wein zu ſauffen / krieger in fullerey / die den gottloſen recht ſprechen vmb geſchenck willen / vnd das recht der gerechten von jhnen wenden.

Diximus heri Prophetã noſtrum non contentum in genere accuſaviſ-

ſe Ju-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſe Judæorum ingratitudinem & contumaciam, ſed ex ordine inſuper recenſere labruſcas vitiorum, quibus Deum laceſſebant. Addidimus etjam cauſam hujus inſtituti. Cum enim inter homines nihil tàm ſit vulgare, quam peccare, & peccando DEI iram provocare: interim verò nemo iræ divinæ provocator, & quæ hanc ſequuntur publicarum calamitatum autor haberi velit: non temerè vates ſanctus ſui ſeculi vitia tam ſeriò & graviter arguit. Nam qui neq; peccatum per ſe, neq; hujus atrocitatem agnoſcunt, ij ſe reſipiſcentia nequaquam opus habere exiſtimant, & proinde in ſceleribus curſu obſtinato pergunt. Hinc igitur adeo eſt, cur Prophetę, Apoſtoli, omnesq; qui hodie Eccleſiis præſunt ſinceri & fideles doctores, non tantum generatim in peccata invehuntur, ſed & in ſpecie nomenclaturam eorum ob oculos ponunt, & quaſi pingunt, non conviciandi ſtudio, aut quod aliorum diffamatione gaudeant, ſed ut



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſinguli de peccatis ſuis admoniti & convicti, quid in ipſis emendatione opus habeat, eò rectius intelligant.

Applicentur hæc ad nos.

Repetantur præcipua ſuperioris concionis pondera cum pia & ſancta admonitione ad pœnitentiam.

In verſibus ſex modo prælectis quatuor aliæ labruſcæ proponuntur, quarum quarta & ſecundam repetit, & aliam adjunctam habet, quemadmodum, DEO nos bene juvante, ordine jam videbimus.

I.

**Weh denen die ſich zuſammen koppeln mit loſen ſtricken/ vnrecht zuthun/ vnd mit wagen ſeilen/ zu ſündigen/vnd ſprechen: Laß eilend vnd bald kommen ſein werck/ das wirs ſehen/ laß herfaren vnd kom̃en den anſchlag des heiligen in Iſrael/ das wirs inne werden.**

Atrox hæc eſt accuſatio, ſed valde neceſſaria omnibus ſeculis, qua non tàm certũ peccati genus, quam ardens & indefeſſum peccandi ſtudium

dium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

dium hominibus exprobratur, quod ſcilicet peccandi occaſiones ſtudioſè appetant, quærant, ambiant, amplectantur, ſibi ipſis inter ſcelera blandiantur, peccata ad alios quoq; propagare conentur, ut quam plurimos habeant ſibi ſimiles, & ſocietatem peccandi ineant, & comitatum quaſi peccatorũ ſibi concilient.

Expendantur verba.

Primo. Quid propoſitum eſt hominibus impijs? quid ſtudij habent? Reſpondet Propheta: 1. **Vnrecht zuthun. 2. Zu ſündigen.** Qua phraſi duplici extremam ſecuritatem, ad peccandum proclivitatem, & nullam non delictorum contra primam & ſecundam tabulam pugnantium ſpeciem complectitur, indicans non ex infirmitate eos peccare, ſed ex propoſito & deſtinato conſilio, id quod deſperatæ malitiæ eſt argumentũ. Peccare humanum eſt, neq; ullum hominem reperias, qui ſe ab omni peccato immunem poſsit dicere. At ſtudio iniquitatem conſectari, con-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſilio peccati occaſiones quærere, atq; ita peccato in ſervitium quaſi perpetuum ſe mancipare, id verò diabolicum eſt. Neq; hîc prætextus humanæ infirmitatis locum invenit, quemadmodum ſolent ut plurimum homines etjam atrociſsima ſcelera fragilitatis communis velamẽto palliare. Quomodo enim infirmum ſe is dicit, qui omni ſtudio & conatu ſe quaſi peccati proſtibulum facit?

Secundò. Quomodo verò peccandi ſtudium ſuſcipiunt, & quo pacto propoſitum tam tenax aggrediuntur? Reſp. Sie koppeln ſich zuſammen mit loſen ſtricken / vnd mit wagenſeilen. Per hos funes & vincula plauſtri, quibus impij ad peccandum ſe devinciunt, muniunt, confortant, invicem quaſi implicant & complicant, multa intelligi poſſunt.

1. Variæ & undequaq; acceptæ & arreptæ peccandi occaſiones, quas ſollicitè quærunt & ſtudioſè venantur.

2. Carnis titillationes, palliationes,

nes,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

nes, ratiunculæ &c. quibus ipſi ſibi blanditias faciunt, ſcelera extenuantes, & DEum hæc nequaquam curare dicentes.

3. Mundi quoq; exempla, ad quæ recurrunt, & hos ſeculi ſui mores eſſe ajunt, quibus neceſſariò ſe accommodare diſcant, ſi quidem in mundo velint commodè vivere. Addunt & exempla eorum in ſpecie, qui eadem & ſimilia deſignarint, neq; propterea infeliciores fuerint.

4. Neq; ſubſiſtunt ſimpliciter in funibus, ſed & vincula ſeu nexus plauſtri aſſumunt, media ſcilicet violentiora & valentiora, quibus alios quoq; in ſocietatem peccandi ſecum abripiunt, aliorum multitudine ſe muniunt, ut videlicet minus argui, & adverſus accuſatores rectius ſe tueri poſsint.

Variæ hic ſunt obſervationes.

1. Notetur indefeſſum diaboli ſtudium in ineſcandis & ſeducendis miſeris hominibus, ut eos in naſſam iniquitatum pertrahat, ideoq; va-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

rias peccatorũ, ut occaſiones oſtendit, ita excuſationes inſtillat.

2. Conſidera miſeriam & depravationem ingenij humani, quod ut à bono planè averſum, ita ad malum planè converſum eſt, & diaboli inſidijs ſuperatur, ſuaq; ſponte funibus iniquitatem, & vinculis plauſtri peccatum trahit, omnia corradens, quæ pietatis ſtudium enervare, peccati fomitem ſubminiſtrare, conſcientiæ ſtimulos hebetare, pœnitentiæ ſemina ſuffocare poſsint.

3. Explicentur prolixius varij hi funes, & ad noſtros accommodentur, additis in ſpecie modis & caſibus, in quibus hæc conſpiciantur & exerceantur quotidie. Generalis enim concio eſt, pertinens ad omnes peccatorum faces & facies, id quod juxta ordinem Decalogi oſtendi poteſt & debet. Fit hoc in negocijs omnibus, religionem, officium, vitam, bona, voluptates etc. concernentibus.

4. Notandum autem eſt, funes hos à Propheta vocari *loſe ſtricke*. Etſi enim

enim ſtudium hoc varia ejuſmodi excogitandi naturæ corruptæ arrideat, ſuumq; robur quaſi præclarum & invictum habere videatur, vanum tamen eſt, & miſerè miſeri homines ſuis ſe perſuaſionibus fallunt, quod & ipſi haud difficulter agnoſcunt & intelligunt, vel ex ipſa naturæ luce & lege, quam DEus omnium hominum cordibus inſculpſit, adeo, ut nemo tam ſit prophanus, tam rudis & ignarus, quem non propria mens admoneat DEum eſſe omnium gubernatorem, inſpectorem, peccatorum ultorem, & quem non cogitationes propriæ accuſent. Rom. 2. Neq; enim impiiſsimi quiq;, ſi verum fateri velint, negare poterunt, ſibi in ipſis ſceleribus cogitationes illa ipſa reprehendentes obrepere.

5. Quod ſi etjã pij funib. iſtis, & diaboli ſophiſtica, & poculo hoc Circæo petantur & tententur, ad remedium hujus mali unicum, verbum DEI, & ſanctas preces confugiant. In verbo enim ſe lux illa profert, quæ

tene-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

tenebras & nebulas deceptionum aperit & diſcutit: hic gladius eſt, qui funes illos vanitatis, & quos ex his nodos nectit Satan, præſcindit. Addantur verbi meditationi preces, ne inducamur in tentationem. Reſiſtamus diaboli invaſionibus, carnis ſuggeſtionibus, pravorum conſortijs &c.

6. Notetur & hoc, quomodo ſui ſimiles reddere conetur diabolus eos, quos ſemel in rete ſuum attraxit, ut, ſicut ipſe indeſinenter quærit quos à DEO avocet, & ſuo ſervitio mancipet: ita iſti quoq; ſcelerum ſocios undiq; conquirunt, ut licentiam illam exitialem, quam ipſi ſequuntur, ad alios propagent, & ſi quos ingenijs ſuis accommodatos ſimpliciores & rerum imperitos vident, hos ijsdem rationibus ſeducant, quibus ipſi ſeducti ſunt, atq; ita ſibi ipſorum, & ipſis ſuo exemplo licentiam & impunitatē quidvis pro libitu perpetrandi pollicentur, corrumpunt alios promiſsis, alios mi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

minis, alios convivijs, alios donis inſidioſis &c. Utinam vero hodiè iſtiusmodi paſsim non invenirentur, qui in laqueis iſtis nectendis ingenioſiſsimè multos in ſuas partes attrahunt, ut & officij & propriæ ſalutis immemores ea deſignent, quæ ipſis alijsq; publicè & privatim interitum adferunt.

7. Meminerint autem omnes omnino homines peccata multitudinis exemplo non tantum non excuſari aut defendi, ſed potius aggravari. Quo enim plures ſublatis legum & diſciplinæ repagulis in licentiam effunduntur, eò facilius ad judicij ſui rigorem exerendum impellitur Dominus. Exemplo eſt primus mundus, Sodoma, Gomorra, & vicinæ urbes &c.

8. Applicentur omnia & ſingula ad noſtros ſeruato ordine ſupra indicato, aut alio accommodatiore.

Tertiò exaggerat deploratam impiorum audaciam Propheta his verbis: vnd ſprechen: Laß eilend vnd bald

kom-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

kommen ſein werck / das wirs ſehen / laß herfaren vnd kommen den anſchlag des heiligen in Iſrael / das wirs inne werden. Quibus verbis extremus commonitionum & comminationum divinarum contemptus & irriſio ſignificatur.

Ponderentur voces ſingulæ.

1. Vnd ſprechen: impij videlicet ſic reſponſant Prophetis nomine authoritate & juſſu DEI ipſorum ſtudia & mores accuſantibus, & pœnam certiſsimam indicentibus.

2. Quid igitur ajunt?

1. Laß eilend vnd bald kommen ſein werck/ quaſi dicant: vos Prophetæ ſeverè nos increpatis, & ad opus ſeu judicia Domini nos remittitis. At comminationes veſtræ re ipſa non implentur. Nu wolan / laß eilend vnd bald kommen. Nota. Sein werck/ non additur mentio DEI, ut impietas & irriſio præfractorũ magis reddatur conſpicua.

2. Das wirs ſehen. Vos iſta quidem dicitis, ſed nihil eiusmodi apparet, quin

quin re ipſa & opere declarat DEus, ſibi hos mores, hæc ſtudia noſtra non diſplicere. Vivimus enim, valemus, floremus.

3. **Laß herfaren vnd kommen den anſchlag des heiligen in Jſrael.** Vos minitamini ſanctum Iſraëlis (etjam his verbis ineſt oſtenſio malignitatis impiorum) conſilium adverſus peccata noſtra inijſſe & decreviſſe. Sed verba ſunt inania. **Laß demnach den anſchlag herfaren vnd kommen.**

4. **Das wirds inne werden/** ut ſciamus num hæc verè dicatis. Nihil enim horum experimur, quin potius beatos et felices videmus eos, qui ſe aliorum moribus accommodant.

Magnus eſt hic doctrinarum cumulus.

1. Obſerva DEI & juſticiam & bonitatem & longanimitatem. Juſticiam, quod peccata non permittat impunita, ſed dirigat adverſus ea opus & conſilium ſuum, **ſein werck/ vnd anſchlag.** Bonitatem, quod per Prophetas alioſq; verbi præcones

hanc

hanc ſuam voluntatem hominibus patefaciat, & pœnas comminando ad pœnitentiam excitet. Longanimitatem, quod non ſtatim pœnas meritas immittat, ſed ſpacium reſipiſcendi & pœnas evadendi concedat.

2. Eſtq; officium piorum doctorum de hoc opere & conſilio Jehovæ homines tempeſtivè et indeſinenter admonere, quemadmodum Eſaiam aliosq; Prophetas feciſſe propria auditorum confeſsione atteſtante ex his verbis conſtat.

3. Contra autem impiorum ingenium hîc depingitur, qui 1. concionibus ejuſmodi minimè credunt, ſed minas iſtas pro ridiculo habent. 2. opus & conſilium Domini exibilant, & Prophetas loco DEI ſaluti ipſorum ſtudentes exagitant. 3. longanimitate DEI turpiſsimè cò abutuntur, ut nihil rei ſubeſſe ſibi perſuadeant. 4. nihil de DEO credunt, quam quod vident & ſentiunt, imò ne hoc quidem ſemper credunt. Pœnas enim

DEI

DEI conſilio immiſſas (ſicut profectò nunquam ſuo officio deeſt Dominus) ut: horrendas tempeſtates, famem, peſtem, bellum & alia pro judiciis Domini non habent, neq; ijs in peccatorum agnitionem deducuntur, ſed aut phyſicis cauſis, aut ipſis Prophetis, aut fortuito caſui &c. adſcribunt. 5. Ex quibus apparet, quam ſint illi ſummi DEI contemptores, ut qui providentiam, juſticiam & veritatem ejus negent. 6. Unde fit, ut DEum quaſi provocantes corde cogitent & lingua dicant, ut eſt in textu. **Laß eilend vnd bald kommen** &c. **Laß herfaren vnd kommen** &c. Vide quam ſit natura humana ad extremum uſq; corrupta.

4. Extruatur hinc generalis commonefactio, quo videlicet loco apud prophanos habeatur DEI, ipſius verbi, conſiliorum, operum, minarum, miniſterij &c. authoritas.

5. Et hic profectò Dei verbiq; contemptus omnis mali caput, & omnis impietatis & conſceleratιonis fons eſt.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

6. Accommodentur hæc ad noſtros, & demonſtretur apud nos quoq; tales & talia uberrimè provenire.

7. Serviant hæc: Doctrinæ, ob hoc ipſum minimè mirum eſſe, ſi ſupplicijs expectatione majoribus hanc contumaciam DEus plectat, ut nos flectat: Conſolationi pro pijs Eccleſiæ doctoribus & infirmioris fidei Chriſtianis adverſus ſcandalum ex tanta multorum impietate promanans: Admonitioni, ut ne de verbi cœleſtis veritate dubitemus, etjamſi interdum DEUS ſuarum minarum atq; judiciorum executionem differat. 2. Pet. 3.

8. Inprimis autem execremur inexcuſabilem & plus quam Cyclopicam impiorum feritatem & fœditatem, qui miniſtros DEI contumelioſè tractantes, DEumq; ipſum provocantes experimentum quærunt Domini per ſuos ſervos loquentis, vnd ſprechen / laß eilend vnd bald kommen &c. Quæ impia temeritas magno conſtabit

ſtabit omnibus, qui eam ſectantur. **Sie werden inne werden** / ſicuti petulanter optarunt. Quia enim DEUS exemplo Judæorum oſtendit, quibus pœnis affligere ejusmodi illuſores velit, atq; ideo Prophetæ, quoties de illorum excidio loquuntur, diligenter recenſent ſcelera quibus hoc meruerunt: nobis ejus commemorationis hic uſus eſſe debet, ut diſcamus, quæ vitia cavere debeant quotquot nolunt ſimiliter perire. Semper enim ratum erit, quod per Jeremiam cap. 5. Dominus dixit: An ſuper his non viſitarem, & gentem huic ſimilem non ulciſceretur anima mea?

Pœna hujus peccati includitur partim voculæ Væ, partim comminationibus ſuperioribus, partim concioni craſtinæ.

II.

**Weh denen / die böſes gut / vnd gutes böſe heiſſen. Die aus finſterniß liecht / vnd aus liecht finſterniß machen. Die aus ſauwr ſüſſe / vnd aus ſüſſe ſauwr machen.**



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Quarta hæc in ordine labruſca eſt, concione autem hac ſecunda. Taxatur his verbis generaliter iniquum & perverſum de rebus omnibus judicium, quo populus judaicus & hodie multi, qui Chriſtiani videri volunt, laborant.

Sequitur autem hæc reprehenſio rectè & ordine ad ea, quæ præceſſerunt. Fit enim, ut cum homines avaritia vel ebrietatis & gulæ ſtudio excæcati eò uſq; progrediuntur, ut ſibi ipſis inter ſcelera ſua blandiantur, non tantum peccata excuſantes, ſed & DEum ipſum ad minas implendas excitantes, juſto judicio in ſenſum reprobum tradantur, ut peſsimè & falſiſsimè de rebus omnibus judicare, omnia invertere, & immani cum confidentia ipſi DEO litem movere, & adverſus ejus decreta diſputationes ſuſcipere non vereantur.

Hìc generaliter dici poteſt de naturæ humanæ depravatione, quæ quidem per ſe magna tantaq; eſt, ut ad perverſa judicia hominem præcipitem

pitem trahat: ſi tamen peccandi ſtudium continuum accedat, magis magisq; homo occallet, & ſtupore excæcatur & dementatur.

Sed videamus verba Prophetæ, quibus in genere ad omnes pravè de rebus judicandi modos reſpicit: in ſpecie autem tres exprimit.

Prima eſt: **Weh denen / die böſes gut / vnd gutes böſe heiſſen.** Prima nota perverſi judicii impiorum eſt, quod malum dicant eſſe bonum, & contra.

1. Bonum propriè eſt, quicquid cum bona & ſancta DEI voluntate convenit. Contra: malum, quod illi adverſatur. Debebant igitur homines omnino omnes, quodlibet horum bonum & malum eo loco habere, quo habenda ſunt, malum malo & bonum bono, & unumquodlibet vocare quale eſt, bonum bonum, malum malum. Hæc generaliter referri poſſunt ad omnia. Quia autem figmentum cordis humani malum eſt, & proinde malo delectantur homines, & peccandi aſsiduitate indies

 red-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

redduntur obfirmatiores & pejores: Fere ſolent mala quæ faciunt & probant boni ſpecie aut prætextu velare, & prædicare: contra bona quæ oderunt & omittunt mali appellatione execrari & inſectari.

2. Hic deſcendatur ad ſpeciem, & 1. oſtendatur ex ſcriptura, quodnam id ſit verè bonum & malum. 2. demonſtretur ex communi experientia, quodnam malum pro bono, & bonum pro malo venditetur. Bonum eſt DEO ſervire, DEum timere, diligere, vera patientia & humilitate & officijs pietatis juxta utramq; tabulam fidẽ ſuam demonſtrare, mundum vitare, & ejus conſortium fugere &c. Malum eſt mundo conformem fieri, h. e. ſecuritati, impietati, negligentiæ &c. ſe dedere, & mundi exemplum ſequi, à quo Chriſtus nos ſelegit, & illius amicitiam inimicitiam eſſe cum DEO oſtendit. Prophani autẽ homines hæc omnia invertunt, & bonum, honeſtum, utile & neceſſarium id eſſe ducunt,

Si

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſi ſpreto DEO ipſiusq; cultu mundo colludamus: & è contra malum & periculoſum, ſi quis relicto mundo & hujus ſtudijs ſolidæ pietati & vitæ integritati ſe conſecret.

3. Habes in genere horum verborum ſententiam. Poteris hæc pro tui auditorij ratione ( quod ſæpius & non ſine cauſa inculco. Etenim virtus paſtoris optima noſſe ſuos) ſingulis virtutibus & vitijs, rebusq; etjam, ſi ita videtur, alijs accommodare. Ita enim fit, ut eſt in verſu:

Et mala ſunt vicina bonis, errore ſub ipſo
Pro vitijs virtus crimina ſæpe tulit.

Sic contra dixeris:

Et bona ſunt vicina malis errore ſub ipſo
Pro virtute nefas ( ſcelus ) præmia ſæpe tulit.

Ut ille dicebat: vera rerum vocabula amiſſa, bona aliena largiri liberalitatem, malarum rerum audaciam fortitudinē vocari, eoq; remp. in extremo ſitam eſſe. Sic avaritiam frugalitatis & parſimoniæ nomine mundus commendat: verè autem frugales & temperantes avaros & ſordidos eſſe calumniatur.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

4. Nocentiſsima hæc eſt tam Eccleſiæ quam Reipublicæ peſtis. Etenim ſi virtutum & vitiorum nomina permutentur, nemo vel vitia abominabitur, vel virtutum amore & ſtudio inflammabitur.

Juſtiſsimè igitur his Væ triſsiſsimum denunciatur.

Quis non videt latiſsimum hîc dicendi campum cuivis pio doctori patere?

Secunda. Die aus finſterniß liecht/ auß liecht finſterniß machen. Perversè judicantium altera hæc eſt ſpecies, tenebras nimirum lucem, & lucem tenebras dicentium. Quod præcipuè & inprimis ad doctrinam referri poteſt.

1. Lux vera mundi & hominum eſt λόγος æterni patris Dominus noſter JEſus Chriſtus, & Euangelium ab ipſo generi humano ex ſinu æterni patris patefactum. Tenebræ igitur ſunt Cimmeriæ quicquid eſt extra Chriſtum, & Chriſti Evangelium, in quibus tenebris quotquot vagantur, interire & perire neceſſe eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

2. Sed quid fit? Multi inveniuntur, qui tenebras, hoc eſt, falſam & in ſcriptura non fundatam, etſi rationi humanæ conſentaneam doctrinam lucis nomine commendant: contra verò lucem tenebras dicunt, hoc eſt, veritatem cœleſtem falſitatis nomine inſimulant. Et hoc ipſum eſt, quod noviſsimo ſeculo eventurum Paulus prædixit 2. Tim. 4.

3. Oſtendatur hoc ordine progrediendo per locorum Theologicorum capita aliquot præcipua, & ad noſtros applicetur.

4. Cum igitur hoc qui faciunt, præcipui damnationis multorum autores ſint, Propheta Væ illud horrendum ipſis imprecatur.

Tertia. Die aus ſauwr ſüſſe/ vnd aus ſüſſe ſauwr machen. Tertio loco ponuntur ii, qui quod amarum eſt dulce dicunt, & quod dulce eſt amarum.

1. Hoc ipſum generaliter ad utrumque, ſeu potius ad omnia accommodari poteſt.

2. Doctrinâ cœleſti piis nihil eſſe



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

dulcius pſaltes teſtatur, Pſal. 109. & 119. Prophani autem homines, ut qui vel religionem ſibi quæſtum faciunt, vel religionem omnem dicamne oderunt, an rident: nihil amarulentius, nihil intolerabilius judicant, eò quod ſuis ſtudijs & ſpeculationibus adverſari eam videant. Similiter virtutis ſtudium, etſi initio amaritudinem præ ſe ferat, fructus tamen parit dulciſsimos: vitia vero, quorum principia ementita dulcedine commendantur, finem plerumq; ſortiuntur acerbiſsimum, & quovis felle amariorem.

3. Multos tamen invenias, qui vanitate, mendacio & vitiis nihil dulcius, veritate & virtutibus nihil acerbius & amarulentius eſſe ducant, quibus verè accidit, quod volucribus incautis, quas dulci cantu in viſcum aut retia pellicit auceps: ſic iſti vitiorum dulcedine falſa ineſcati in diaboli laqueos incidunt, unde & Væ illis dicitur.

4. Accommodentur hæc omnia & ſingu-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſingula ad ſimilia de officio faciendo, doctrinâ vera propagandâ, reprehendendis vitijs, refutandis hæreticis, juſticiâ adminiſtrandâ, proximo diligendo fovendo promovendo, teſtimonio veritati ferendo &c.

Nos igitur, ut nobis bene ſit, & ipſi res omnes rectius examinare diſcamus, & doctores foveamus ejusmodi, qui absq; fuco ſcapham ſcapham & ligonem ligonem eſſe dicunt.

### III.

**Weh denen / die bey ſich ſelbs weiſe ſind / vnd halten ſich ſelbs fur klug.**

Reprehenditur ſapientiæ propriæ perſuaſio, & arguuntur ii, qui ſibi ipſis ex proprio arbitrio prudentiæ & ſapientiæ laudem ſive exiſtimationem vendicant.

1. Quid verò hoc? Hocne unum ex præcipuis ſceleribus quibus publicæ clades & calamitates attrahuntur. Reſp. Videtur ſane hoc ferè leviculum, & ridentur plerumq;, qui ſe

ipſos

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ipſo ita fallunt. Spiritus tamen ſanctus, optimus & juſtiſsimus rerum æſtimator, hanc ſtolidam arrogantiam per ſanctum vatem graviſsimis ſceleribus connumerat, ideo videlicet, quod eadem ferè omnis falſitatis, hæreſeos & inobœdientiæ fons ſit. Etenim qui ſibi ipſis ſapere videntur, aut, ut eſt in Propheta, qui ſapientes ſunt in oculis ſuis, & coram ſe ipſis ſunt prudentes, ii non acquieſcunt in patefactione, verbo & volnntate DEI, ſed, etſi quid DEUS velit audiant & intelligant: ſuas tamen ſecum rationes ineunt, & num quod ille dicere videtur, viriſimile, rationi conſentaneum, ſcripturæ ipſorum ſenſu analogum? Et num quod jubet ille factu utile, tutum, honeſtum aut neceſſarium ſit, expendunt: non aliter quam ſi iſta omnia omniſcius non viderit, aut quam ſi ſuo acumine illi poſsint videre, quod ille non obſervarit.

2. Vulgariſsimum ſane peccatum, & ultra quam dici poteſt horrendum &

& noxium, quo homines ſibi de verbo & mandatis divinis judicium ſumunt, ſapientiam DEI ad amuſsim ſui cerebri revocant, de veritate & falſitate pronunciatorum, de æquitate aut iniquitate mandatorum divinorum pro arbitrio ſtatuunt, neq; in ſolius DEI fidem, potentiam & authoritatem reſpiciunt, qui promiſſa & dicta non minus poteſt quam vult præſtare, ipſaq; eſt & veritas & juſtitia, qua ratione multi hodie ſuperantur, & in varia peccata præcipitantur.

3. Malum hoc eò quoq; nocentius eſt, quod homines omnium prorſus admonitionum impatientes reddit. Etenim qui ſe ſapientes ipſi putant, nullius conſilio aut monitis obœdiunt, ne quid conceptæ aut perſuaſæ exiſtimationi decedat: imo in omnibus verbi miniſtris inveniunt quod cavillentur, utpote ætatem, familiam, mores, eruditionem, dicta, facta, & ſi quid aliud eſt ejusmodi: neq; ulla habetur concio, quin habeant

beant

beant quod reprehendant, quod reforment, quod calumnientur.

4. Væ his Propheta interminatur. Dum enim cenſoream ſibi majeſtatem in DEI verba & opera, inq; omnes homines ſumuut, ipſi ſibi ut inobœdientiæ ſic & perditionis autores ſunt. Quod ne nobis accidat, remedium hujus mali ſtudioſè quæramus, nobis ipſi renunciantes, perſuaſionem ſapientiæ & prudentiæ miſſam facientes, ſapientiæ divinæ nos ſubmittentes, & totos DEI verbo addicentes. Hic quia ſolus ſapiens juſtus bonus & noſtri amantiſsimus eſt, nihil pronunciat, nihil mandat, quod falſum injuſtum iniquum non neceſſarium, aut nobis noxium ſit. Verbo igitur ipſius ſimpliciter inhæreamus, in præceptis ejus ambulemus, neq; ab eis vel ad dextram vel ad ſiniſtram deflectamus. In ſumma ſive doctrina ſpectetur, ſive actio, ſeu vita Chriſtiana: verbum & ſapientia Domini ſit nor-

norma. Prov. 3. Num. 15. Rom. 1. 2. Cor. 10.

Fiat applicatio harum doctrinarum, quas theſium forma propono.

IV.

**Weh denen / ſo helden ſein wein zu ſauffen / krieger in fullerey / die den gottloſen recht ſprechen vmb geſchenck willen / vnd das recht der gerechten von jhnen wenden.**

Duas hic conjungit labruſcas, quarum prior ſupra quoq; deſcripta fuit, videlicet immodicum perpotandi ſtudium & ebrietas.

1. Quare autem Propheta ad vitium illud redeat, & DEI judicium atq; maledictionem ebrioſis denuo denunciet, cauſa eſt, quia turpitudo hæc, ut ex aliis locis Propheticis conſtat, tunc vulgo apud omnes ordines regnabat, & proinde pleriq; omnia ea, quæ adverſus illud dicebantur, ridebant.

2. Monentur exemplo hoc doctores verbi, ne propterea taceant, ſi

quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

quæ vitia ita invaluerunt, ut nulla emendationis ſpes ſit reliqua, neq; admonendo quicquam proficiatur: ſed potius tunc eo ſæpius & ardentius inſtent, vehementius urgeant, & liberius corripiant eos, qui ſanam doctrinam faſtidiunt. Sic enim & contumaces illi & incurabiles convincuntur, ut non habeant, quo ſe excuſent, & miniſtri animas ſuas liberant, ut functionis ſuæ rationem DEO reddere queant.

Minimè igitur reprehendendi ſunt, qui hodie quoq; in peccato hoc corripiendo vehementiores & frequentiores non nullis eſſe videntur. Quid enim hi aliud faciunt, quam quod Prophetas, Chriſtum & Apoſtolos feciſſe conſtat? Nec poterat majus beneficium publicè omnibus & privatim ſingulis conferri, quam ſi qui ſua vel authoritate vel officii induſtria hoc vitium ex conſuetudine hominum eliminarent. Eo ſiquidem ſublato, virtutis ſtudium accenderetnr,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

retur, florerent familiæ, & reſpublicæ paſsim viris honeſtis & cordatis augerentur. Quia vero infelix mundus ſuo arbitrio fertur, crapula extinctis animi atq; corporis viribus ad omnia ineptus & inutilis redditur.

3. Quod ſi peccati hujus reprehenſio, mille vicibus repetita, & mille modis exaggerata, unquam fuit neceſſaria, certè hodie ut cum maxime neceſſaria eſt. Libenter igitur ad hanc repetitionem propheticam intendamus. **Weh denē ſo helden ſind wein zu ſauffen / vnd krieger in fullerey.** In vocibus **helden vnd krieger** ſingularis emphaſis eſt: Qua & immenſum potandi et commeſſandi ſtudium innuitur, & multos cò impudentiæ deveniſſe oſtenditur, ut ex hoc ſcelere plus quam beluinæ fortitudinis laudem quærant, & vires ſuas potando & ſe ipſos atq; aliòs inebriando oſtentent. Et ſane placent ſibi hodie multi in hoc potandi certamine, & ſuas victorias pleno ore decātant, ſi quos



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

multo vino ſuperarunt, ut tanquam ferro proſtrati jaceāt. Indicetur peccati hujus atrocitas & turpitudo, quo non tantum viribus divinitus ad longè alium uſum datis impii peſſimè abutantur: ſed & inſuper hoc ſcelere tanquam re præclarè geſta glorientur. Fiat in his omnibus commoda ac conveniens applicatio.

4. Extruatur quoq; ex hoc loco generalis doctrina: nullo ſcelere gloriandum eſſe. Hoc enim qui faciunt, omnino deploratam animi malitiam produnt, & ſe diaboli filios eſſe teſtantur, qui ex iis voluptatem percipit, quæ contra DEI voluntatem efficit. Huc facit Pſalmus 52. Huc pertinent qui ſtupra & adulteria ſua, cædes & prælia, helluationes & perpotationes &c. jactitant: item qui opes uſura aut ſanguine partas, luxum veſtium & alia ejusmodi oſtentant. Quo quid hodie eſt frequentius? Quid vero pernicioſius? Et quis ergo in eo corripiendo nimius?

Sequitur labruſca altera hoc membro

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

bro comprehenſa directa inprimis contra judices, & eos qui circa judicia verſantur, ibiq; agendi, judicandi, decernendi authoritatem & poteſtatem habent.

Primo: Explicentur verba. Duo reprehendit. 1. quod juſtificent impium propter munus, h. e. quod muneribus acceptis eum abſolvunt, qui damnandus et pœna afficiendus fuerat. Id enim ſibi vult hoc loco phraſis Germanica **den Gottloſen recht ſprechen.** 2. Et contra juſtitiam juſtorum tollunt ab eis, h.e. negant juſtis quod ex merito illis debebatur, non pronunciant pro juſtis ipſorum cauſis cauſarumq; meritis, adeoq; innocentes damnant. Urgeantur vocum pondera.

Secundo. Illuſtretur res aliis ſcripturæ ſacræ teſtimoniis, additis etjam exemplis, adducta quoq; in confirmationem concionis Propheticæ experientia quotidiana. Oſtendatur quam variis modis utrumq; committatur, ut & abſolvantur malam cau-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

ſam foventes, & pronuncietur contra iniquè oppreſſos et in jus tractos.

Tertiò. Inculcetur inprimis quæ res illa ſit, quæ multorum judicum mentes excæcet, & ad perverſa judicia impellat. Sunt ſane judiciorum peſtes multæ & variæ. Multos favor, multos invidia, multos odium transverſos abripit. Sunt etjam qui ſocordia impediuntur, ut in cauſas non ſatis diligenter inquirant, laborem & moleſtiam devitantes. Sunt & qui metu ſe terreri ſinunt, ut adverſus potentiores vel etjam pares pronunciare quod juſtum & æquum eſt non audeant. Interim nulla judiciorum calamitas præſentior & peſtis efficacior eſt, quam munerum corruptela. Neq; eſt quod prætendatur, poſſe nihilominus juſtitiæ leges obſervari. Res enim ipſa diverſum loquitur. Nec temere pronunciat Spiritus ſanctus muneribus ſapientum oculos excœcari, & cauſas juſtas perverti. Poteſt hic pro ratione auditorii prolixius hæc commonefactio evolvi. Quar-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Quarto. Oſtendatur quantum ſit in hoc peccato mali.

1. Turbatur corruptis & iniquis judiciis ordo divinitus ſancitus. Omnis enim ſcriptura docet, judicium DEI eſſe, cujus finis eſt, ut unicuiq; ſuum tribuatur, defendantur boni, & dignis pœnis coërceantur mali. Ubi igitur ſecus fit, invertitur divinum inſtitutum, quod per ſe ſcelus eſt execrabile. Nec minus abominatur Deus eos, qui impios & ſceleratos abſolvunt, quam qui innoxios damnant.

2. Summus hic eſt & peſsimus abuſus officii ſummi & optimi, quando ſub juris prætextu boni rebus ſuis excutiuntur, affliguntur, damnantur &c. Si bona vel bello, vel naufragio, vel incendio aut alia quacunq; calamitate amittat homo cordatus, patienter id malum fert: at ſi ſpecie juſtitiæ & ſententia magiſtratus ſeu judicis, quaſi injuſtè agat egeritve, iis privetur, id vero intolerabile eſt.

3, Hinc exiſtit animorum exacer-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

batio, ut ſubditi & inter ſe infenſis animis exardeſcant, & magiſtratus oderint, mala illis imprecentur &c.

4. Sequuntur tandem pœnæ certiſsimæ & graviſsimæ. Mole enim ruunt ſua regna, ducatus, provinciæ & reſpublicæ, in quibus judicia venalia ſunt, & nullus eſt juſtitiæ locus. Certe enim cum, teſte Salomone, ſolium Regis juſtitia ſtabiliatur, fulcro hoc ſublato, ruat illud neceſſe eſt. Et hoc eſt, quod hic Propheta corrupta & iniqua judicia inter cauſas excidii & extremorum malorum recenſet.

Applicentur hæc ad noſtra & noſtros, & concludatur concio ſeriâ exhortatione ad pœnitentiam & vitæ emendationem.

Ante Epiſtolam.

HEre handele nicht mit vns na vnſen Sünden.

Vnd vorgelde vns nicht na vnſer Miſſedadt.

Collecta ante Epiſtolam eadem uſurpetur quæ ſupra deſcripta.

Epiſto-

Epiſtola textus explicandus.

Evangelium Luc. 13. ab initio capitis ad verba: Sin autem, in futurum ſuccides eam.

Poſt Litaniam repetantur preces ſupra poſitæ: Barmhertige etc.

Vth deper noth ſchrye ick tho dy.
Erbarm dy miner o HEre Godt.
Godt de Vader wahn vns by.

## CONCIONIS TERTIÆ
### pericope & diatypoſis.
### Eſaiæ 5. v. 24. & 25.

Darumb wie des feuwrs flamme ſtroh verzehret / vnd die lohe ſtoppelen hinnimet / alſo wird jhre wurtzel verfaulen / vnd jhre ſproſſen aufffaren wie ſtaub.

Den ſie verachten das geſetz des HErren Zebaoth / vnd leſtern die rede des heiligen in Iſrael.

Darumb iſt der zorn des HErrn ergrimmet vber ſein Volck / vnd recket ſeine hand vber ſie / vnd ſchleget ſie / das die berge beben / vnd jhr leichnam iſt wie kot auff den gaſſen.

Vnd in dem allen leſſet ſein zorn nicht abe / ſondern ſeine hand iſt noch außgereckt.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Subjicit in duobus his verſibus ſanctiſsimus vates arduam pœnarum denunciationem. Etſi enim ſuperioribus etjam concionibus comminationes adjunxit deſcriptioni labruſcarum, partim omnium per particulã Væ, partim priorum duarum in ſpecie prolixius: denuo tamen ad generalem & ſeriam pœnæ prædictionem hic ſe convertit. Quæ frequens totiesq; repetita denunciatio nos docet, quantum referat, quamq; neceſſe ſit metum judicii divini in hominum animis excitari, ideoq; pœnarum ſcelera noſtra manentium mentionem frequentisſimè inculcandam eſſe. Itaq; nos in his omnibus & ſingulis obſervare convenit, eadem ſcelera Deo adhuc diſplicere, neq; impunè abituros, quicunq; illa ſectantur. Et debent ea, quæ ſui ſeculi hominibus Propheta dixit, etjam hodie dici, nobisq; omnibus & ſingulis dicta cenſeri. Audiamus ergo attentè Prophetam.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

I.

**Darumb wie des fewrs flamme ſtroh verzehret / vnd die lohe ſtoppeln hinnimet/alſo wird jhre wurtzel verfaulen / vnd jhre ſproſſen aufffaren wie ſtaub.**

Primum hoc membrum eſt, ipſa ſcilicet ſuppliciorum divinitus immittendorum interminatio pulcherrimis & evidentiſsimis ſimilitudinibus illuſtrata. Habentq; ſingulæ formulæ ſuas emphaſes, quæ ponderentur.

Primum. **Darumb.** Ad hujus vocis conſiderationem referantur & repetantur prolixiùs ea quæ ſuprà attigimus.

Secundò. **Wie des fewrs flamme ſtroh verzeret / vnd die lohe ſtoppeln hinnimet.** Similitudo eſt ab igne petita ſtipulam aut ſtramen devorante. Qua ſimilitudine multa quidem, inprimis autem quatuor expendenda proponuntur.

Omnes omnium hominum vires ad reſiſtendum potentiæ divinæ il-

los punienti nihil momenti habere oſtenditur. 2. Potentia DEI invicta & inſuperabilis demonſtratur. 3. Funditus perituros impios ſignificatur. 4. Certiſsimè hæc eventura innuitur.

Secundum hos quatuor indices hæc ſimilitudo utiliter conſiderari & explicari poteſt.

1. Quia enim videbat Propheta auditores ſuos confidere ſuis viribus, potentia & munitionibus, rebusq; aliis: ſicut ſemper homo aliquid præſidii ſe habere putat, quo ſe immunem à pœnis fore ſomniat, docet vates iſta nihil ipſis profutura. Sic igitur ipſorum omniumq; hominum vires extenuat, ut judicij divini robur inſuperabile oſtendat. Ideo ſtipulis & ſtramini eos confert, ut doceat non plus virium habere homines, quibus iræ & potentiæ divinæ reſiſtant, quam ſtipulæ habent admotis flammis. Poſſunt hæc piè illuſtrari.

2. Et quia hæc ſimilitudo, quo homines, præſertim impii & hypocritæ, ſti-

tæ, ſti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

tæ, ſtipulis, vepribus, & ſarmentis conferuntur, frequens eſt in ſacris literis, alia quoq; dicta huc aſſumantur, ut & illa, in quibus DEI ira igni flammis accenſis jam graſſanti comparatur. Afferantur etjam exempla potentiſsimorum monarcharum, regum, regnorũ, magnatum &c. quam facile fuerit Domino DEO eos ſternere, quam facile ſcilicet eſt igni ſtipulam devorare, & flammæ ſtramen abſumere.

3. Applicentur hæc ad nos & noſtros, ut quoties videmus ignem in ejusmodi materiam levem atq; aridam graſſari, toties nos admoneamus, quod & nos coram DEO tales ſimus ſtipulæ, dicto citius abſumendæ, & cogitemus, quid de nobis futurum ſit, ſi DEI ira noſtris ſceleribus accenſa in nos graſſari incipiat.

4. Serviant hæc ipſa uſui noſtro, ut excitemur ad veram pœnitentiam, qua corde contrito & humiliato ad DEum iratum accedamus, peccata noſtra deflentes, veniam eorum

pro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

propter Chriſtum petentes, cum ſerio ſtudio vitæ in melius emendandæ. Eſt enim Deus ignis quidem conſumens, cujus tamen iram lachrymæ eorum, qui ex fide ad ipſum revertuntur & ſerio reſipiſcunt, extinguere poſſunt.

Vides pulcherrimè hæc illuſtrari poſſe, cui etjam rei ſtudium & operam neceſſariam impendes.

Tertio. **Alſo wird jhre wurtzel verfaulen / vnd jhre ſproſſen aufffahren wie ſtaub.** Hæc verba Tum redditionis inſtar ſunt ſeu apodoſis ad protaſin comparationis jam propoſitæ: Tum aliud quoq; ſimile ſubinferunt à plantis deſumtum. Utrumq; autem ſimile idem ſibi vult, & alterum ex altero dependet atq; illuſtratur. Vultq; Propheta dicere, impios radicitus interituros, & florem eorum inſtar pulveris periturum.

Expendantur voces. 1. **Alſo wird jhre wurtzel.** Per radicem procul dubio intelligemus omnia ea præſidia & ſubſidia, quibus homo perſæpe confidit,

fidit,

ſidit, multumq; tribuit, & ſe pulchrè adeoq; firmiter radicatũ, munitum, roboratum & inſtructum putat, ut nulla ratione cladem ſibi metuendam exiſtimet. Explicetur hoc porro in ſpecie re ad noſtros accommodata.

2. Verfaulen. Prædicit igitur Propheta, quod hæc radix impœnitentium putrefiet ſeu computreſcet, hoc eſt, omnia, quibus innitebantur, ſeq; tutos fore opinabantur, tollentur, enervabuntur, nullius momenti erunt &c. Fit hoc variis modis præcidente aut infringente Domino ea, quibus homines nitebantur, multumq; tribuebant. Applica.

3. Vnd jhre ſproſſen. Hac voce intelligit externam felicitatis & ſucceſſuum apparentiam; quibus ſe beatos homines judicant. Nota. Per radicem intelligebat cauſam. Per hoſce ſurculos effectum, hoc eſt, quicquid ex illis præſidiis, quibus ſe probè roboratos homines putant, enaſcitur: Fortuna nimirum externa, ſplendor eminentiæ, gloriæ &c. Inſiſte.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

4. Auffaren wie ſtaub. Omnis hic ſplendor & quicquid porro hic intelligendum venit wird auffaren evaneſcet. Wie ſtaub. Alia pictura. Pulveri confert quicquid hominib. magnum videtur. Sicut pulvis vento concitatus ſæpe aërem implet & homines turbat, ſed ſubito diſpergitur & diſpellitur. Ita &c. Explicentur hæc uberius. N. Quid ſint res humanæ & quam evanidæ. Quisquis ergo adhuc ſibi videtur florere in impœnitentia ſua, is cogitet momentaneum eſſe hunc florem. Abjicienda igitur fiducia, quam ſæpe ex aliquandiu præſenti & qualitercunq; florenti rerum ſtatu concipimus. Nec poteſt ſtabilis eſſe ullius hominis felicitas, qui non in DEO radices egit. Pſal. 37. Quicunq; ergo contra DEum efferuntur et in impœnitentia pergunt, hi radices ſuas in diabolo habent, eſtq; eorum in propinquo interitus. Applica, inculca.

II.

Denn ſie verachten das geſetz des HErn

HErren Zebaoth / vnd leſtern die rede des heiligen in Iſrael.

Cauſam comminationis tam duræ & diræ Propheta ſubnectit, quam etjam ſupra breviter innuerat. Repetit & explicat eam, cum ſit & peccatorum & pœnarum fons præcipuus.

Explicentur initio verba.

Doctrinæ ordine ſic colligantur.

1. Quid de ſcriptura & concionibus ſacris ſit ſentiendum, videlicet, quod ſint lex Domini exercituũ & verbum ſancti Iſraëlis. Urgeatur diligenter ex his verbis tum immenſa DEI ad nos loquentis majeſtas: tum inexhauſta ejusdem clementer ſe nobis patefacientis, & mandata certa nobis præſcribentis, & verbo ſeu ſermone perſpicuo nos compellantis benignitas.

2. Quales ergo ſeſe homines DEO tam potenti, tam clementi, tam benè nobis volenti exhibere debent? Reſp. Legi ejus ſe accommodare, & verbum ejus venerari ſummo jure conveniebat. Huc exhortationes in ſcriptura creberrimè repetitæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

3. Quid autem magna pars hominum ſtudii habet? Reſp. 1. verachten. 2. leſtern. Ponderetur utraq; vox. 1. verachten. Dura profectò vox. Reges et principes hujus mundi, imo omnes omnino homines quidlibet ferunt facilius quam contemtum. Quid igitur dicemus de ſummo hoc Dominorum omnium Domino? Neq; tamen hoc ſatis ſed & 2. leſtern. Non ſpernitur tantum lex & verbum DEI, ſed & blasphematur, contumelioſè de eo loquuntur homines, ut ſupra audivimus.

4. Inde igitur eſt peccatorũ gravitas, & pœnarum acerbitas. Non peccant homines ignorantia, non ex infirmitate, non leviter: ſed ſcientes, ſed videntes, ſed conſilio, ſed atrociter &c.

Applicentur hæc tum ad Iſraëlitas, tum ad noſtros. 1. Dederat judæis legem & verbum ſuum Dominus, & ſanctus ille huic populo obſtrictus quaſi eſſe, & in illo habitare voluit. At ipſi legem Domini repudia-

diabant, & verbum Sancti Iſraelis blaſphemabant. Quia idipſum quo gloriabatur, non habebant in ea exiſtimatione, qua decebat, ut nimirum vitam et actiones ſuas ſecundũ hujus præſcriptum inſtituerẽt. Accedebat ad hanc impiam minimeq; excuſandam negligentiam inſuper pervicax contumacia, qua eo uſq; proceſſerant, ut ſi à Prophetis urgerentur & corriperentur, in blasphemas voces & convitia erumperent, tum adverſus DEum, tum adverſus Prophetas, quos falsò & ſeditiosè iſta dicere clamabant. Vide paſsim in Prophetis.

2. Applicetur hoc ad noſtra quoq; tempora. Quid enim hodie tam eſt vulgare, quam quod ſui ſeculi hominibus Propheta exprobrat? Gloriantur ſanè multi Evangelicæ doctrinæ profeſsione: eſtq; DEI benignitate verbum cœleſte nobis clariſsimè & locupletiſsimè patefactum: habentur in omnes linguas translati bibliorum codices: hos multi privatim legunt, & conciones ex his deductas publi-

cè audiunt. Verum proh pudor pleriq; vitam & mores adeo non componunt ad hujus doctrinæ amuſsim, ut eam ad ſe minimè pertinere putent: Jer. 44. Varij varijs modis doctrinam ſacram admonitionesq; ſugillant.

3. Hæc olim Judæis exitii cauſa fuit: & eadem hodie malorum omnium quibus cum infœlix mundus conflictatur cauſa eſt præcipua.

4. Si quos ergo tangit ſalutis cura, qui vel rempublicam vel ſe ipſos privatim feliciter agere optant, ii ab his, quæ Judæis exitiũ pepererunt, ſummo ſtudio ſibi caveant.

Fiat in ſingulis debita, neceſſaria & conveniens applicatio.

III.

**Darumb iſt der zorn des HErrn ergrimmet vber ſein volck / vnd recket ſeine hand vber ſie / vnd ſchleget ſie / das die berge beben / vnd jhr leichnam iſt wie kot auff den gaſſen.**

Pertinent & hæc ad comminationem ſuperius cœptam. Verbis enim

his

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

his Propheta. 1. Certitudinem comminationis inſtitutæ confirmat. 2. Summam Domini punientis ſeveritatem demonſtrat. 3. Pœnæ gravitatem exaggerat. 4. Simul etjam plagas, quas jam pridē paſsi erant Iſraëlitæ, in mentem revocat.

Sunt autem verba notatu & ponderatu digniſsima.

1. **Darumb.** Quia videlicet homines legem Domini Zebaoth contemnūt, & verba ſancti Iſraēlis blaſphemiis excipiunt, ideo inquam malè cum ipſis agetur.

2. **Iſt der zorn des HErrn ergrimmet.** Quanta ſit, & quam tremenda hæc ira, oſtendit vox adjecta Domini ſeu Jehovæ, qui quanto major eſt omnibus non tantū hominibus, ſed & angelis: tanto etjā ira ipſius potentior, validior, magisq; metuenda. Verbū **iſt** indicat jamjam in procinctu Deum eſſe ad immittendas pœnas meritas. Vox **ergrimmet** ſuam quoq; emphaſin habet, gravitatem & ſeveritatem iræ & juſtitiæ divinę adverſus contumaces demonſtrans.

 3. **Vber**

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

3. Vber ſein volck. De hāc appellatione quod judæi dicuntur populus Dei, ſæpe dictum eſt, & ſæpe indicatum eſt, moneri nos, non eſſe apud Deum ullum perſonarum reſpectum, ſed Deum ſine diſcrimine in omnes homines animadvertere, imo eò durius populum aliquem punire, quo majora in illum beneficia contulit. Ne ſimus ergo ſecuri. Nec putemus titulo Eccleſiæ, populi Dei, Chriſtianorum &c. nos tutos fore.

4. Vnd recket ſeine hand vber ſie. Proſopopœja eſt irati Dei manū adverſus impios extendentis. Hic diligenter inculcetur, quis ſit ille, de quo Propheta agat: & quæ ſit illa manus, quam robuſta, quam invicta, quam longa, quam lata &c. Exaggerentur voces recken/ vber ſie &c. Serio ad hæc attendendum.

5. Vnd ſchleget ſie. Non eſt hæc ira vana & ſine viribus, non eſt hæc manus enervata, ſed ſerio percutit & affligit. Hac voce percuſsionis intelliguntur omnes pœnæ, omniaq; mala,

qui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

quibus homines affliguntur. Et piè ſanctéq; facit, quisquis calamitates omnes & ſingulas, publicas & privatas pro plagis ſeu percuſsionibus Dei habet (ſicut revera docente ſcriptura ſunt) atq; ideo juxta Prophetæ conſilium alibi oſtenſum ad percutientem ſeriâ pœnitentiâ & piis precibus ſe convertit: id quod pater benigniſsimus irata extenſione manus, & percuſsione ſua intendit & quærit.

6. **Das die berge bebē.** Gravitatem iræ & percuſsionis divinæ exaggerat. Tantus eſt enim hic Dominus, tanta eſt ejus ira & ſeveritas: tantus ipſius in percutiendo conatus & niſus (loquor ad captum humanum) ut ipſi quoq; montes ad id contremiſcant.

7. **Vnd jhr leichnam iſt wie kot auff den gaſſen.** Deſcribit tantam hominum internecionem & ſtragem, ut cadavera in publicis viis inſepulta inſtar luti aut pulveris jacere deprehendantur. Vide in ſcriptura alibi dicta & exempla, & ad uſum noſtrum transfer.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

IIII.

**Vnd in dem allen leſſet ſein zorn nicht abe / ſondern ſeine hand iſt noch außgereckt.**

Pergit in comminatione inſtituta Eſaias, & his verbis auditorib. oſtendit, Deum pænas indies continuare, nec à puniẽdo deſiſtere, quoad peccando illi pergũt. Quo ipſo ad objectionẽ reſpondet. Quia enim verbis jam expoſitis auditoribus Iſraëlitis ante acta in mentẽ reduxerat, ut cogitarent de malis, quæ hactenus fuerant experti, atq; inde de ſubſecuturis quoq; rationes ſecum inirent: objicere poterant impij (ut eſt ingenium humanum ad inveniendas excuſatiões & effugia valde induſtriũ) hæc jam olim facta, & proinde Deum porro ſuas virgas converſurum in alios.

Huic ergo tam confidenti & noxiæ perſuaſioni occurrit, inquiens: **Vnd in dem allen leſſet ſein zorn nicht abe/ ſondern ſeine Hand iſt noch außgereckt.**

Sen-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

Senſus eſt: quia vos caſtigationibus divinis nihilo meliores facti eſtis, & ne nunc quidem emendamini, profecto vehementer erratis, ſi vos iam malis omnibus defunctos eſſe exiſtimatis. Quin ita habete, quamdiu vos impœnitentiam continuatis, tamdiu Deus iram ſuam non avertet à vobis, neq; manum retrahet, ſed adhuc extenſam habet ad feriendum.

Expendantur verba.

1. Habes hic generalem doctrinam: Deum puniendo ſeriò pergere, quoad homines non deſinunt peccare, quemadmodum parentes boni & prudentes, qui filios habent contumaciores, & admonitionum atq; correptionum paternarum contemtores.

2. Illuſtretur hæc neceſſaria doctrina aliis ſcripturæ ſententiis, inprimis Levit. 26. Devt. 28. ubi Deus certos pœnarum gradus enumerat, quibus adverſus contumaces & incurabiles progredi velit. Et repetitur aliquoties in Levitico comminatio: **Gott wolle es jmmer noch ſieben mahl mehr machen** &c. Habuimus etiam ſuperioribus annis eiusmodi concionem ex 4. cap. Amos.

3. Fiat applicatio ad noſtra tempora, quibus eàdem contumaciâ pleriq; in ſcelerum licentia pergunt. Etſi enim fame, peſte, tempeſtatibus inſolitis, bellis triſtiſsimis mundum infelicem Deus puniat, paucos tamen eſt videre, qui de pœnitentia ſeriò cogitent. Pleriq; enim etiam inter plagas, quas Deus ipſis incutit, petulanter laſciviunt: alii qui ſibi videntur adhuc extra teli iactum poſiti, nihil ad ſe pertinere putant, quæ alibi fiunt.

4. Dili-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

4. Diligenter hæc doctrina urgeatur repetitis & ingeminatis ſæpius Prophetæ verbis: vnd in dem allen leſſet ſein zorn nicht abe / ſondern ſeine hand iſt noch außgereckt. Nobis enim Prophetam loqui putemus. Et opus habent ſecuri & oſcitantes crebra inculcatione huius comminationis, eo quod ſecuritate iſta nihil nocentius eſt. Danda igitur hic eſt opera piis & vigilantibus Eccleſiæ doctoribus, ut ſub finem ultimæ huius concionis ſeria ardentiq; admonitione ſanctos ad ſeriam pietatem & pœnitentiam ſtimulos in animis auditorum relinquant.

Ante Epiſtolam.

Godt ſy vns gnedich na dyner gůdicheit.
Vnd vordelge vnſe ſünde na diner groten
Barmhertichelt.

Collecta prior ſupra poſita repetatur.

Epiſtola textus explicandus.

Evang. ex Luc. 15. de ove & drachm.
Poſt Litan. Barmhertige.

Pſal.

Vader vnſe im Hemmelryck.
O HEre Godt begnade my.
Allein tho dy HErr JEſu Chriſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°

...gatur repetitis
...bis; vnd in
...abe/ sondern
. Nobis enim
...us habent se-
...e huius com-
...a nihil nocen-
...ta pius & vigi-
... finem vlti-
...admonitione
...ternam sti-
...quam.

...am.

...na tymer gheschil.
...inde na tinen groten

...posita repetatur.

...explicandus.

...e ove & drachm.
...ntheerige.

...melryck.
...made my.
JEsu Christ

[illegible] ... filii [illegible]
[illegible] appellant. [illegible]
...ficium qa benefacii
...bus eundem
...mancipare, omnino
...lienare [illegible]
[illegible]
...liu in causa capitali
[illegible]
[illegible]
[illegible]

παραγραφή [illegible] in margine
[illegible] cum annotationibus
[illegible]
παρακλησις est
his contestatio [illegible]
[illegible] translatio [illegible]
παρέκτασις [illegible]
[illegible] dicitur [illegible]
[illegible] protensa [illegible]
[illegible]
[illegible] dicendo dicitur [illegible]
[illegible]
[illegible]. Veteres olim titulos
rubeis literis scribere solebant

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 588 8°